In hac parte Auctor determinat de datiuo ⁊ ablatiuo pluralibus quarte declinationis dicens: Datiuusqꝫ pro et ſextus id eſt ablatiuus dant ibus penultima correpta. vt datiuo his viſibꝰ. ablatiuo ab his viſibus Sed excipiemus. id eſt exceptionem faciemus vt infra videlicet ꝙ nomina in littera poſita u ſeruant ante bus. id eſt faciunt datiuum ⁊ ablatiuum plurales in ubus ⁊ nō in ibus. vt ficus ficubus. tribus tribubus. id eſt progenies. arcus arcubus. acus acubus. artꝰ artubus. id eſt quodlibet membrum. veru verubus. portus portubus. partus partubus. lacus lacubꝰ etiam eſt ſecunde declinationis. ſpecus ſpecubus. etiam poteſt eſſe ſecunde ⁊ tertie declinationis. quercus quercubus quedam arbor. etiam poteſt eſſe ſecunde declinationis. penus penubus etiam poteſt eſſe ſecunde ⁊ tertie declinationis. Cetera vero nomina quarte declinationis faciūt in ibus

De quinta declinatione / Ntūs — es

**E**S rectus quinte dat ſemper et eſt muliebre
In hac parte Auctor determinat de quinta declinatione dicens. Rectus. id eſt nominatiuus ſingularis quinte declinationis dabit ſemper es vt res ⁊ ſpes. ⁊ eſt muliebre. id ē generis feminini

**M**ente diem memori volo compoſitumqꝫ teneri
Dicit Auctor ꝙ hoc nomen dies ⁊ eius compoſitum debent teneri memori mente. id eſt in mente. quia non ſunt generis feminini. immo dies eſt generis incerti. ⁊ compoſitum eius meridies eſt generis maſculini

Gtūs / Dtūs } ei

**E**i dicetis genitiuis atqꝫ datiuis
Hic Auctor determinat de genitiuo ⁊ datiuo ſingularibus quinte declinatiōis. Et dicit. Uos dicetis. id eſt dabitis ei. id eſt hanc terminationem ei genitiuis ⁊ datiuis ſingularibus quinte declinationis. vt hec res. huius rei. huic rei.

Actūs — em / Utūs — es / Ablatiuꝰ — e

**E**m quarto: quinto demus es: decet e dare ſexto
In hoc verſu dicit ꝙ accuſatiuus ſingularis quinte declinationis facit in em. vt accuſatiuo hanc rem. vocatiuus in es vt vocatiuo o res. ablatiuus in e: vt ablatiuo ab hac re. Textus eſt planus

Ntūs / Actūs / Utūs } es / Gtūs — erū

**P**Rimo plurali demus es: qui vult ſibi ſubdi
Quartum cum quinto: tribuens erum genitiuo.
In hac parte Auctor determinat de quinta declinatione quantum ad numerum pluralem. et dicit. Primus pluralis. id eſt nominatiuus pluralis dabit es. vt pluraliter nominatiuo hi dies. qui vult ſibi ſubdi quartum. id eſt accuſatiuum cum quinto id eſt vocatiuo. quaſi dicat. ꝙ etiam accuſatiuus ⁊ vocatiuus faciūt in es. Ponit regulā de genitiuo dicēs. tu tribues gtō erum vt rerum dierum.

Dtūs / Ablatiuꝰ } ebꝰ

**T**ertius et ſextus ſemper formantur in ebus
In hac parte Auctor ponit regulam de datiuo ⁊ ablatiuo pluralibus quinte declinationis dicēs. Tertius ⁊ ſextus. id eſt datiuus ⁊ ablatiuus formātur in ebus. vt datiuo his rebus. ablatiuo ab his rebus.

**D**eſunt plurali genitiui ſiue datiui
Et ſexti quinte: niſi res ſpecieſqꝫ dieſqꝫ

# De declinatione patronymicorum

**Progenies et maneries dic materieſqꝫ.**

Dicit Auctor ꝙ nomina quinte declinationis carent genitiuis ⁊ datiuis ⁊ ablatiuis pluralibus preter iſta videlicet res rerum rebus. ſpecies ſpecierum ſpeciebus. progenies progenierum progeniebus. materies materierum materiebus. maneries manerierum maneriebus.

De declinatiōe compoſitorū ex duob⁹ integrī.

**Rectos compone ſimul inflectuntur vtrinqꝫ.**

Dicit ꝙ ſi duo recti componantur vtrinqꝫ variantur ⁊ declinantur ſcilicet ex vtraqꝫ parte recti. vt nominatiuo hec reſpublica. genitiuo hui⁹ reipublice. datiuo huic reipublice accuſatiuo hanc rempublicā ⁊c.

**Non ſic alterutrum declines nec leopardum**

Auctor ponit exceptionem a regula predicta dicens Tu non declines ſic: vt diximus hoc nomen alteruter alterutra alterutrum. ſed ſolum declina ipſum ex parte vltimi recti. quia deberet facere alteriuſutrius in genitiuo. ⁊ facit alterutrius. nec etiam leopardum: quia deberet facere leoniſpardi in genitiuo. ⁊ facit leopardi. Alteruter autem ſic declinatur. Alteruter alterutra alterutrū Alterutrius. alterutrius alterutrius. Alterutri alterutri alterutri: Alterutrum alterutram alterutrum. Ab alterutro. ab alterutra. ab alterutro. In numero plurali. Alterutri. alterutre. alterutra Alterutrorum. alterutrarum alterutrorū. Alterutris alterutris alterutris. Alterutros alterutras alterutra. Ab alterutris ab alterutris ab alterutris

**Obliquo rectum componens iunges in vnum.**
**Ex ſola parte recti decet hanc variari**

Dicit ꝙ ſi rectus componatur cum obliquo: ſolummodo rectus variatur ⁊ non obliquus. vt Nominatiuo hic magiſtermilitum. huius magiſtrimilitum. huic magiſtromilitū. hunc magiſtrum militum ⁊c.

**Si componantur obliqui non variantur**

Dicit ꝙ ſi duo obliqui componantur. neuter eorum variatur. id eſt declinatur. vt huiuſmodi. illiuſmodi.

De declinatiōe patronymicorū. Et primo maſculinorum. Atūs — es

**Patronymica tibi dat declinatio prima**
**Quę dantur maribus: ſed in es rectum faciemus.**

Species nominis diuiditur in primitiuam et deriuatiuam. Deriuatiua vero diuiditur in quinqꝫ partes ſcōm quinqꝫ ſpecies deriuationum nominis ſcilicet patronymicum poſſeſſiuum compatiuum. diminutiuum. denominatiuum. Hic autem agit de patronymicis: ⁊ patet ordo. qꝛ prius eſt primitiuum deriuatiuis. Item hec pars diuiditur in duas. in quarū prima agit de formatione patronymicorū in maſculino genere. in ſecunda de feminino genere. Prima incipit. Patronymica. Secunda. Tertia feminea. Patronymicum eſt vt dicit priſcianus in ſecundo: quod a proprijs tantummodo deriuatur patrum nominibus ſcōm formationem grecam ſignificās cū genitiuo, ſui primitiui filium vel nepotem: vt eacides filius vel nepos eaci. Exiguntur autē quattuor ad patronymicum. ſcilicꝫ origo. terminatio. forma. ſignificatio. Origo vt deriuetur a nominibus patrum: Abuſiue tamen a matribus ⁊ ab auis maternis ⁊ a regibus ſiue a conditoribus ⁊ a fratribus patronymica ſolent formari. vt iliades ilie filius ſcilicet romul⁹. Ouidius in. xiiij metamorphoſeos. Et corpora victa ſopore Inuadūt portaſqꝫ petunt qs obice firmo Clauſerat iliades. Similiter maiades maie filius ſcilicet mercurius. Ab auis maternis. vt atlantiades. mercurius filius maie filie atlantis. Ouidius in primo metamorphoſeos. Sedit atlantiades et euntē multa loquendo Detinuit ſermone diem Similiter inachides epaphus filius ionis filie inachi Idem ouidius in eodem. Non tulit inachides: matriqꝫ ait omnia demens. A regibus vt a theſeo rege theſides. a cecrope cecropides. Virgilius in ſecūdo georgicorum. Premiaqꝫ ingentes pagos et compita circū Theſide poſuere. Idē i. vi. Enei. Tum pendere penas cecropide iuſſi. A conditoribus ciuitatum. vt a romulo dictus eſt romanus populus romulides. Virgilius i. viij. Enei. Subitoqꝫ nouum conſurgere bellum Romulidis. A fratribus vt a phaetonte phaetontiades. Virgili⁹ in bucol. Tū phaetōtiades muſco circūdat amare cortic Phaetontiades tñ dixit ꝑ phaetontides poetica licentia. Terminatiōes patronymicorū maſculinorum tres ſunt apud grecos ſcilicet des. ⁊ ion. ⁊ adios vel ius. Terminatio des communis eſt apud illos. qm̄ in omni ſmone pñt hac vti: qua ſola poete romanorū vtunt. nā alijs duab⁹ nō vtūtur id ē in ion. terminata q̄ eſt propria lingue iadis vt nerion. ⁊ in adios: que eſt eolica. vt hirradios hirre fili⁹ ſcꝫ pſitac⁹. vel in ius: vt peleius. Femininorum terminationes apud grecos etiam ſunt tres. is. as. ⁊ ne producta. que apud nos tranſeunt vt infra patebit. Forma eſt duplex: ſcꝫ greca ⁊ latina. Greca in maſculinis in tres diuiditur partes Prima Greca in as vt pelias, ⁊ in ios vt laertios mittētia genitiuum in u patronymica formant in ades: vt peliades laertiades. Secūda Greca Nomina in es vt hippotes. corinetes, mittentia genitiuum in u patronymica formant in ades vel i ides. vt hippotades. corinetides. Tertia. Cetera greca mittētia gtūm in u. vel in us. vel in os. mutant eas in ides. vt priamus. priamu. priamides. neſtor. neſtoros. neſtorides. pliſtenis pliſtenus pliſtenides. peleus. peleos. pelides. Vbi per ſinereſim ei mutatur in i. longum. Forma in femininis

# De declinatione patronymicorum

eſt triplex. Prima patronymica feminina in is formãtur a maſculinis remota de. vt priamides prianus. Si autem maſculina i longam habuerint ante des illum in ei vertunt. vt pelides peleis. Secunda. Patronymica feminina in as formantur ſimiliter a maſculinis remota de. vt. pelia/des pelias. Unde eneades eneas facere debuit. ſed eneis auctoritate ſua protulit maro in libri ti/tulo. Tertia Patronymica feminina in ne formãtur a primitiuis hoc mõ. Si primitiuũ habue/rit i in ntõ a ꝓducta repitur in patronymico añ ne. vt acriſios acriſione. Si vero primitiuũ nõ ha/buerit i in ntõ. tunc i ꝓducta repitur in patronymico añ ne. vt adraſtos adraſtine. Forma latina in duas ptes diuiſa eſt ſcꝫ maſculinã ⁊ femininã. Maſculina patronymica latina quinqꝫ formas habent. Prima. Si primitiuũ eſt declinationis prime e genitiui vtitur in a ⁊ additur des. vt An/dree andreades. Secunda Si primitiuũ eſt declinationis ſecunde et gtũs in i ſolam deſinat. gtõ additur tantum des. vt petrus petri petrides. Tertia. Si primitiuũ eſt declinationis ſecunde et ge/nitiuus in duo i deſinat. vltimum i vertitur in a. et additur des. vt Antonij Antoniades. Quarta Si primitiuum eſt declinationis ſecunde ⁊ gtũs in ei deſinat. ei vertitur in i longum. ⁊ addit des vt mattheus matthei matthides. Quinta. Si primitiuum eſt declinationis tertie datiuo tantũ additur des. vt iohanni iohannides. Feminina patronymica latina formãtur a maſculinis remo/ta de. vt petrides petris. In noib⁹ aũt ſcõe decli. mittentib⁹ gtũm in ei. gtõ addit i ſola. vt matthe/us matthei mattheis. Significatio vt ſignificet idem quod filius vel nepos cũ genitiuo ſui primi/tiui. Dicit igitur Auctor ꝙ prima declinatio dat. id eſt declinando demonſtrat patronymica que dantur maribus. id eſt que maſculina ſunt: q. d. ꝙ patronymica maſculina ſunt generis maſculi/ni. ⁊ faciemus rectum. id eſt nominatiuum in es. vt hic priamides:

Actũs { am / en }
Quintus e vel a vel es

**Am quartus caſus aut en: gerit e vel a quintus.**
**Et reperitur in es.**

Auctor dicit ꝙ accuſatiuus caſus facit in am aut in en. vt hunc priamidam vel priamiden. Inue/nitur etiam priamidem. vocatiuus facit in e vel in a. vt vocatiuo o priamide vel priamida: ⁊ reperi/tur etiam ipſe vocatiuus in es. vt o priamides.

Ablatiuus { e / a }

**Ablatiuus in a vel in e: nec cetera muta.**

Dicit ꝙ ablatiuus facit in a vel in e. vt ab hoc priamide vel priamida. Nec debes mutare cetera id eſt ceteros caſus: de quibus nihil dictum eſt. quia ceteri caſus declinantur ſcdm primam declina/tionem. vt genitiuo huius priamide. datiuo huic priamide. Et pluraliter Nominatiuo hi pria/mide. genitiuo horum priamidarum. datiuo his priamidis. accuſatiuo hos priamidas. inuenit etiam hos priamides. vocatiuo o priamide. ablatiuo ab his priamidis

Patronymica feminini gene.
Ntũs is
Genitiu⁹ is vel os creſcit
Actũs a vel em

**Tertia feminea tibi patronymica format**
**Is recto prebens: genitiuus erit ſibi creſcens.**
**Iſqꝫ vel os faciet: a vel em quartus tibi prebet**

In hac parte Auctor determinat de declinatione patronymicorum femininorũ dicẽs. Tertia de/clinatio format tibi patronymica feminina prebens tibi hanc terminationem is recto. id eſt no/minatiuo caſui ſingulari. quaſi dicat ꝙ patronymica feminina ſunt tertie declinationis. ⁊ faciũt nominatiuum in is. Deinde ponit regulam genitiui dicens. Genitiuus erit ſibi creſcẽs. id eſt ſu/perabit nominatiuum. ⁊ faciet is vel os. vt ntõ hec priamis. gtõ huius priamidis vel priamidos. id eſt filia vel neptis priami. Quartus id eſt accuſatiuus prebet tibi em vel a. vt accuſatiuo hanc priamidem vel priamida.

Vocatiu⁹ i. nõ creſcens

**Quintus i ſeruabit. ſed rectum non ſuperabit.**

Dicit ꝙ vocatiuus ſeruabit hanc terminationem i. vt vocatiuo o priami. vltima cor. Sed talis vo/catiuus non ſupabit ntũm. immo erit ſibi equalis

Ablatiuus e
Actũs as vel es

**E ſolam ſextus tenet: eſqꝫ vel as reperimus**
**Plurali quarto. nil plus preter metra muto**

E ſolam ſextus tenet. id eſt ablatiuus terminatur in e ſolam. vt ablatiuo ab hac priamide. ꝙꝫ pro et nos reperimus es vel as quarto. id eſt accuſatiuo plurali. vt accuſatiuo has priamides vel pri/amidas. Nil plus muto ſupple de tertia declinatione in patronymicis femininis preter metra: hoc eſt preter illud quod aliquando cauſa vel neceſſitate metri conuenit permutari. Declinantur enim in alijs caſibus ſm tertiam declinationem.

Ntũs ias

**Interdum per ias hec patronymica formes**

Dicit ꝙ interdum hec patronymica feminina terminantur in ias in nominatiuo caſu. vt pelias et ambroſias.

Gtũs { adis / ados }

**As breuis in recto dat adis vel ados genitiuo**

Modo Auctor docet declinare predicta patronymica in ias terminata ⁊ alia ſimilia dicens. As breuis in recto. id eſt nomen terminatum in ias breuem in nominatiuo dabit adis vel ados in ge/nitiuo penultima correpta. vt hec ambroſias. genitiuo huius ambroſiadis vel ambroſiados. id eſt filia vel neptis ambroſij

# De declinatione grecorum

Em vel a dat quartus: in e fit tantummodo ſextus

Dicit ꝙ accuſatiuus facit in em vel in a. vt accuſatiuo hanc ambroſiadem vel ambroſiada. Sextꝰ id eſt ablatiuus facit in e. vt ablatiuo ab hac ambroſiade

Actūs em vel a
Sextus — e

Dans reliquos terna: nil mutat in his niſi metra.

Dicit Auctor ꝙ reliqui caſus variantur ad modum tertie declinationis: ⁊ nil mutatur in his niſi metra. id eſt nil de tertia declinatione mutatur niſi neceſſitate metri poſtulante:

More dices greci tamen s quinto remoueri

Dicit ꝙ aliqñ s remouetur in vtō more greci. i. ſm morem grecorū: vt pelias remota s fit pelia ⁊ ambroſias remota s fit ambroſia: Declina igitur ſic. Hec pelias huius peliadis ⁊ peliados. huic peliadi. hanc peliadem ⁊ peliada. o pelias. ab hac peliade: He peliades. har̄ peliadū. his peliadibus has peliades o peliades. ab his peliadibus

Vocatiuus ali qñ remouet s.

Ne pleriſqȝ damus quibus e normam ſociamus.

Dicit ꝙ aliquando nos damus hanc terminationem ne pleriſqȝ. i. multis vel aliquibus nominibus patronymicis vt acriſione: quibus nos ſociamus normam e. i. regulam nominū terminatorum in e. q. d. ꝙ ipa declinantur ſicut illa que terminantur in e. de quibꝰ immediate regula tradet

Cum dedit e grecus rectus: tenet es genitiuus:

Monſtratur hic qualiter variari debeant nomina greca in e terminata. Et dicit. Cū grecus rectꝰ dedit hanc terminationem e. tunc gtūs tenet es. vt ntō hec phebe. genitiuo huius phebes.

Ntūs grecus e
Gtūs — es

Em dat et en quartus: reliquos recto ſociamus.

Quartus id eſt accuſatiuus nominis greci in e terminati dat em vel en. vt accuſatiuo hanc phebem vel phebē. Reliquos ſcȝ caſus nos ſociamus. id eſt ſimiles faciemus: recto id eſt nominatiuo: vt datiuo huic phebe. vocatiuo o phebe. ablatiuo ab hoc phebe

Actūs em l' en.

Cum greci rectus tenet os: par eſt genitiuus
Vel dat oy grecus: delos deloy tibi teſtis

In hac parte Auctor determinat de declinatione grecorum terminatorum in os dicens. Quādo rectus. id eſt nominatiuus nominis greci tenet os: tunc gtūs eſt par ſuo ntō. id eſt ſimilis. vel grecus gtūs dat hanc terminationem oy. delos. id eſt hoc nomen delos grecum ſit tibi teſtis: vt ntō hec delos: gtō huius delos vel deloy. nomen inſule

Ntūs grecꝰ os
Gtūs os vel oy

Quartus on. os quintus: o tertius atqȝ ſupremus

Quartus. id eſt accuſatiuus nominis greci in os terminati facit on. vt actō hanc delon. Quintꝰ id eſt vocatiuus facit os. vt vocatiuo o delos. Tertius. id eſt datiuus atqȝ supremꝰ. id eſt ablatiuꝰ facit o. vt datiuo huic delo. ablatiuo ab hac delo. Unde poeta. Maternam agnoſcere delon.

Actūs — on
Vtūs — os
Dtūs }
Ablatiuꝰ } o

Sepe dat is rectus: dat ios vel eos genitiuus

Dicit Auctor ꝙ nominatiuus grecus ſepe finitur in is. vt hec thetys. ⁊ tunc genitiuus dat ios vl' eos. vt genitiuo huius thetyos vel theteos.

Ntūs grecꝰ is.
Gtūs ioſ l' eos

Im quartus dabit: i quintus: neuter ſuperabit

Dicit Auctor ꝙ quartus. id eſt accuſatiuus nominis predicti dat im. vt accuſatiuo hanc thetym Quintus. id eſt vocatiuus dat i. vt vtō o thety. Sed neuter ſcȝ nec accuſatiuus nec vocatiuꝰ ſuperabit rectum. id eſt nominatiuum

Actūs — im
Vtūs — i

Fit quintus recto par: declinante latino

Dicit ꝙ quintus id eſt vocatiuus nominis greci in is terminati: fit par. id eſt ſimilis recto. id eſt nominatiuo. declinante latino. id eſt ſcdm latinam declinationem. vt hec thetys. vtō o thetys

Dat geneſis quintum ſimilem ſibi: dat genitiuum
Is vel os: tenet im quartus: reliquiqȝ dabunt i.

In hac parte Auctor determinat de nomine geneſis. quod eſt quidaȝ liber biblie. Et dicit ſic. Hoc nomen geneſis dat quintum id eſt vocatiuum ſibi ſimilem. vt vocatiuo o geneſis: Et dat gtūm in is vel in os. vt huiꝰ geneſis vel geneſeos. Quartus id eſt accuſatiuus tenet im. vt accuſatiuo hanc geneſim. Reliqui caſus videlicet datiuus et ablatiuus dabunt i. vt datiuo huic geneſi. ablatiuo ab hac geneſi.

De declinatiōe hꝰ nois geneſ.
Gtūs is vel os
Accuſatiuꝰ im
Aliȷ caſus i

Hic moyſes moyſi: reliquos terne ſociabis.

In hac parte Auctor ponit regulam de hoc nomine moyſes. quod eſt proprium nomen viri Et dicit Moyſes dat moyſi in genitiuo. Et tu ſociabis reliquos caſus terne. id eſt tertie declinationi. hoc eſt in aliȷs caſibus declinatur ad modum tertie declinationis. vt hic moyſes. genitiuo huius moyſi. datiuo huic moyſi. accuſatiuo hunc moyſen. vocatiuo o moyſes. ablatiuo ab hoc moyſe

De declinatiōe huius nominis moyſes:

Dat ieſus um quarto: reliquis u ſemper habeto

De declinatiōe hꝰ nois ieſus.

# De declinatione pronominum

Hic Auctoꝛ dat doctrinam de hoc nomine ieſus: Et dicit ꝙ hoc nomen ieſus: quod interpretatur
ſaluatoꝛ dat hāc terminationem vm qrto. i. actō. Reliquis u ſemper habeto. i. ꝙ in reliquis caſi/
bus in u ſemper terminetur. quod patet declinando. vt hic ieſus. gtō huiꝰ ieſu. datiuo huic ieſu. ac
cuſatiuo hunc ieſum. vocatiuo o ieſu. ablatiuo ab hoc ieſu.

De declinatio/ne ꝓnominum

## Eſt declinandi pronomina noꝛma quaterna

In hac parte Auctoꝛ determinat de quattuoꝛ foꝛmis declinatiōis ꝓnominis dicens. ꝙ
noꝛma declinandi ꝓnomina eſt quaterna. i. quadruplex. id eſt pꝛima. ſecunda. tertia et
quarta. Et ideo poſt declinationem nominis agit de ꝓnomine. qꝛ ponitur loco ꝓpꝛij no
minis. ⁊ certas finitaſqꝫ perſonas recipit

Prima declina/tio

## Eſtqꝫ mei vel mis in prima: tuiqꝫ ſuiqꝫ.

Dicit Auctoꝛ ꝙ tria ſunt ꝓnomina in prima noꝛma ſiue in pꝛimo modo. videlicet mei mis mihi
tui tis tibi. ſui ſibi

## Recto perſonę non ſeruit regula pꝛimę

Dicit A. ꝙ hec regula. ſ. recte declinationis non ſeruit recto. i. ntō pꝛime pſone. quaſi dicat. huic
pꝛonomini ego: cuius obliqui non recte foꝛmantur ab ipō nominatiuo. deberemus enim dicere:
ego egonis: ⁊ dicimus ego mei vel mis

Secunda decli/natio

## Debes ius facere genitiuum noꝛma ſecundę
## Debes foꝛmare per eam pꝛonomina quinqꝫ

Dicit ꝙ ꝓnomina ſcđe noꝛme ſeu ſecundi modi faciunt gtūm in ius. vt ille illius. Preterea dicit
ꝙ tu debes foꝛmare per ſecundam foꝛmam quinqꝫ ꝓnomina. ſcʒ ille ipſe iſte hic is.

## His octo ſpecies pꝛimaria dicitur eſſe.

Dicit Auctoꝛ ꝙ octo ꝓnomina ſupꝛadicta ſunt pꝛimaria. Ideo dicit. Species pꝛimaria. i. pꝛimi/
tiua dicitur eſſe his octo ꝓnominibus ſupradictis. vicʒ tribꝰ primi modi ⁊ quinqꝫ ſecundi modi

## Monſtrant et referunt hęc: et quaſi fixa manebunt
## Is ſuus ipſe ſui referunt: ſed cętera monſtrant
## Ille refert monſtrat: non facit hoc aliud.

Hic Auctoꝛ oſtendit ꝓprietatem predictoꝛum ꝓnominum dicens: ꝙ hec ꝓnomina pꝛedicta mon
ſtrant. id eſt demonſtratiua ſunt: referunt id eſt relatiua ſunt. ⁊ manebunt quaſi fixa. id eſt ſubſtā/
tiua. quaſi dicat: ꝙ p̄dictoꝛum ꝓnominum aliqua ſunt demonſtratiua. vt hic ⁊ iſte ego tu. aliq̄ re/
latiua. vt is ſuus ipſe ⁊ ſui. ⁊ manebunt quaſi fixa. id eſt ſubſtantiua. quaſi dicit ad demonſtrāduʒ
ipſa non eſſe penitus ſubſtantiua. Nam licet ſubſtantiua ponantur: vt ego curro: tamen recipe poſ
ſunt ſubſtantiuū tanqꝫ ſi eſſent adiectiua: vt ego pater. Alij dicunt ꝙ Auctoꝛ dixit quaſi: ad notā
dum quaſi aliqua eſſe ſubſtantiua ſignificatione ⁊ non voce. vt is ⁊ ipē. aliqua voce ⁊ ſignificatio
ne. vt ego ⁊ tu. Alij tamen dicunt quaſi. id eſt certe vel vere ſubſtantiua. qꝛ ſm pꝛiſcianum ꝓnomē
ponitur loco ꝓpꝛij nominis: ⁊ certam ſignificat pſonam. Poſtea dicit ꝙ hoc ꝓnomen ille refert. i.
relatiuum eſt. monſtrat. id eſt demonſtratiuum eſt. ⁊ nullum aliud ꝓnomen hoc facit. id ēpote/
rit eſſe relatiuum ⁊ demonſtratiuum.

## Deqꝫ tribus pꝛimis ſeptem fit oꝛigo ſupꝛemis

Dicit Auctoꝛ ꝙ a tribus pꝛimis ꝓnominibus deriuātur alia videlicet meꝰ tuꝰ ſuꝰ noſter ⁊ veſter
noſtras ⁊ veſtras. Meꝰ noſter ⁊ noſtras ab hoc ꝓnomine ego. tuus veſter ⁊ veſtras ab hoc ꝓnomi/
ne tu. ſuus vero ab hoc ꝓnomine ſui Et eſt ſciendum ꝙ illa que deriuantur a demonſtratiuis demō
ſtratiua ſunt: ⁊ que a relatiuis relatiua ſunt. Ideo ſolent habere aliqui verſum ſequentem

## Perſonas duplices hęc deſignare videntur
## Cum poſſeſſoꝛe poſſeſſio ſignificatur

Dicit Auctoꝛ ꝙ iſta ſeptem ꝓnomina pꝛedicta ſignificant duas perſonas ſcʒ pſonam poſſeſſoꝛl et
pſonam rei q̄ poſſidetur. Nam cum dico liber meus. p hoc ꝓnomen meus intelligo poſſeſſoꝛem li/
bꝛi videlicet me: ⁊ poſſeſſionem meam videlicet libꝛum

Quis vel qui

## Foꝛmans quis vel qui donato crede minoꝛi

Auctoꝛ dicit ꝙ hoc nomen quis vel qui declinatur ſm ꝙ donatus iubet eſſe declinandum ſcʒ in illa
parte. Nominatiuo quis vel qui ⁊c̄.

Tertia declina/tio

## Tertia per pꝛimam fit nominis atqꝫ ſecundam

Dicit Auctoꝛ ꝙ tertia noꝛma declinandi ꝓnomina fit p pꝛimam ⁊ per ſecundam nominis declina
tionem. quaſi dicat. ꝙ ꝓnomina tertij modi declinantur ſicut nomina pꝛime ⁊ ſecunde declinatio
nis. Nam ſicut dicimus. Ntō bonꝰ bona bonum. gtō boni bone boni. ita dicimꝰ Ntō meꝰ mea meū.
gtō mei mee mei ⁊c̄. Et illoꝝ ꝓnominū ſunt quinqꝫ. ſcʒ meus tuus ſuus noſter ⁊ veſter

# De heteroclita declinatione

**Has tres donatus diſtinguit ſufficienter.**
Dicit Auctor ꝙ donatus diſtinguit ſufficiēter has tres normas predictas id eſt pronomina primi modi ſecundi ⁊ tertij. Ideo ipſe non procedit vlterius in declinatione ipſorum.

**Quarta quidem terne par debet nominis eſſe.**
Dicit Auctor ꝙ quarta norma declinandi pronomina debet eſſe par id eſt ſimilis terne. id eſt tertie declinationi nominis. Nam ſicut dicimꝰ maieſtas maieſtatis. ita dicimꝰ noſtras atꝭ. vras atꝭ

Quarta ḋclinatio.

**Ec tibi ſignabis que declinans variabis.**
Hoc eſt ſecundū capitulum huius libri. In quo Auctor intendit determinare de declinatione nominū heteroclitoꝝ. Et primo prepōnit quod facere intēdit dicens. Tu ſignabis tibi id eſt in mente tua hec nomina que nomina declinans variabis. id eſt vario modo declinabis. Et eſt ſciendum ꝙ nomen heteroclitum nihil aliud eſt ꝗ̄ nomen varie ſeu alterne declinatuʒ. vt nominatiuo hoc celum. pluraliter nominatiuo hi celi celoꝝ. ¶ Habito de nominibꝰ rectiᴵclinijs. agit de diuerſiclinijs ſcilicet heteroclitis Et dicitur heteroclitū dictionum irregulariū contra regulas artꝭ grāmatice variatio. vel eſt ſignificati vel ꝯſignificati in vna et eadem parte orationis variatio. Et dicitur ab heteron quod eſt varium ⁊ cliſis quod eſt declinatio quaſi varia declinatio. Et habet fieri ſeptem modis ſcilicet in perſona vt ſum es. In genere vt hoc celum hi celi. In declinatione vt hoc vas. et pluraliter hec vaſa. In declinatione ⁊ genere vt hoc epulum. he epule. In ſignificatione tantū vt ops ⁊ hic faſcis in ſingulari idem quod faſciculus. in plurali honores. Lucanus. Septimꝰ hic ſequitur repetitis faſcibus annus. Similiter caro in ſingulari pro carne humana. in plurali pro carnibꝰ porcinis pecorinis vel alijs. In formatione vel inflexione vel in caſu. quod idem eſt vt nix niuis. iter itineris. In poſitiōe vt ego mei. iupiter iouis. nam aliud eſt poſitio facta in ntō: aliud in obliquis. Tn̄ ſm̄ quoſdam hetrocliſis fit quattuor modis. Genere vt hoc celum in ſingulari. hi celi in plurali. Cōparatione vt bonus melior optimus. quia deberemꝰ dicere bonus bonior boniſſimꝰ. Declinatione vt vas quod in ſingulari eſt tertie declinationis ⁊ in plurali ſecunde. Senſu ſiue ſignificatiōe vt ops. caro. faſcis.

Capitulum ſecundū eſt de heteroclita declinatione.

**Paſcua ſola datur. et paſcua plura dabuntur.**
Dicit ꝙ hoc nomen paſcua in ſingulari eſt generis feminini ⁊ in plurali generis neutri. ⁊ eſt heteroclitū genere. ⁊ etiam declinatione quia in ſingulari eſt prime declinatiōis ⁊ in plurali ſecunde declinationis. Inuenitur etiam in feminino genere he paſcue paſcuarū. Unde Ezechiel. xxiiij Inſuper ⁊ reliquias paſcuarū veſtraruʒ ꝯculcaſtis pedibus veſtris. Paſcua eſt nutrimentū animalis bruti.

De heteroclitꝭ gn̄e ⁊ ḋclinatione ſimul.

**Eſt zizania: ſunt zizania plura: nec ꝫ:**
Dicit A. ꝙ hoc nomen zizania in ſingulari eſt generꝭ feminini. ⁊ in plurali neutri vel feminini. vt nominatiuo hec zizania. pluraliter ntō hec zizania. vel he zizanie. Ideo dicit plura necꝫ. Inuenitur tamen etiam hoc zizanium nij. neutri generis. Item zizania eſt ſeges vel herba peruerſa ſcilicet lolium. vt dicunt. Et ponitur qn̄qꝫ pro ſorde omniuʒ ſegetum.

**Balnea dic vel eas: ea non prius ſed eum das.**

**Sic et amygdala dic.**
Dicit Auctor ꝙ hoc nomen balneum in ſingulari eſt generis neutri. in plurali vo feminini ⁊ neutri. vt pluraliter ntō hec balnea vel he balnee. ſed in ſingulari ſemper eſt generis neutri. Et hoc eſt quod dicit. Dic id eſt dicere debes balnea vel eas id eſt balneas in numero plurali. ea id ē balnea non eſt prius in numero ſingulari. ſed tu debes dicere eum. id eſt balneum. In ſingulari ē generis neutri ⁊ in plurali feminini ⁊ neutri. Sic ⁊ amygdala dic. quaſi dicat ꝙ amygdala eodem modo variatur quo balnea. vt nominatiuo hoc amygdaluʒ. pluraliter ntō hec amygdala. vel he amygdale. Tamen inuenitur hec amygdalus pro arbore tantū. ſed amygdalū pro eius fructu. Inuenitur etiam hec amygdala tam pro fructu ꝗ̄ pro ligno.

**Delicium tibi ſit. mihi ſemper delicie ſint.**
Dicit ꝙ hoc nomen deliciū eſt heteroclitū ſignificatiōe genere ⁊ declinatiōe. quia in ſingulari ſignificat peccatum ⁊ eſt generis neutri ⁊ declinatiōis ſecunde. in plurali ſignificat cibum delicatū et eſt generis feminini ⁊ declinationis prime. vt ntō hoc delicium. pluraliter ntō he delicie.

**Hoc epulum comedis. epuleqꝫ parantur amicis.**
Dicit A. ꝙ epulum in ſingulari eſt generis neutri ⁊ ſecunde declinatiōis. in plurali eſt generis feminini ⁊ prime declinatiōis. vt ntō hoc epulum. pluraliter ntō he epule ⁊ eſt ferculum. ⁊ dicitur ſm̄ quoſdam epulum pro corporali. ſed epule epularum pro ſpirituali id eſt pro refectione ſcientie vel virtutis. Unde Plato in Thimeo. Veniſtis ad epulas heſternas.

**Eſt locus atqꝫ loci ſunt artis. ſunt loca terre**
Dicit Auctor ꝙ locus in ſingulari eſt generis maſculini. ſed in plurali maſculini ⁊ neutri. vt no

De heteroclitꝭ genere ſolum

minatiuo hic locus. pluraliter ntõ hi loci. hec loca. Sꝫ in maſculino genere ſignificat artes dialectice. in neutro ꝟo loca terre. Ideo dicit. atqꝫ loci ſunt artis. ſunt loca terre. Itẽ locus dicitur tam ſubſtantia ꝙꝫ quantitas qua aliquid locale circũſcribitur. Item locus dicitur maxima ꝓpoſitio vel habitudo vnde trahitur argumentũ tam in dialectica ꝙꝫ in rhetorica: Et nota ꝙ locus ꝓprie eſt quantitas circũſcribens corpus. Sed hec loca locoꝝ ꝓprie de his dicuntur in quibus poſſeſſiones habentur. Loci autem ad logicos pertinent. Itẽ locus eſt ſedes argumẽti. vel id ex quo ad ꝓpoſitam queſtionem ꝯueniens trahitur argumentum. Itẽ locus dicitur facultas. copia. poteſtas. conditio. tempus. occaſio. opoꝛtunitas. dignitas. autoꝛitas. honoꝛ. magnitudo. maieſtas. faſtigium. ſplendoꝛ. gradus. gloꝛia.

**Eſt iocus atqꝫ ioci ſunt et ioca plurima genti**

Dicit Auctoꝛ ꝙ iocus in ſingulari eſt ge. maſ. in plurali ꝟo maſ. ⁊ neutri. vt ntõ hic iocus. pluraliter ntõ hi ioci vel hec ioca. id eſt ludus vel ſolatium.

**Balteus addatur. filum plurale ſequatur**

Dicit A. ꝙ hoc nomen balteus addatur pꝛedictis. quia in ſingulari eſt ge. maſ. ſꝫ in plurali maſ. et neutri. vt hic balteus. pluraliter ntõ hi baltei vel hec baltea. id eſt zona argentea vel cingulum militare. Maurus tamen dicit in plurali neutrum eſſe ſolũmodo. vt hic balteus. pluraliter hec baltea. Et hoc nomen filum ſequatur pluralem numerũ illoꝛum nominũ locus ⁊ iocus. quia in plurali etiam eſt ge. maſ. ⁊ neutri. vt hoc filum. pluraliter hi fili vel hec fila.

**Carbaſus vna ratis. et carbaſa plura videbis.**

Dicit Auctoꝛ ꝙ carbaſus in ſingulari eſt generꝭ fe. in plurali neutri. vt nominatiuo hec carbaſus pluraliter ntõ hec carbaſa. id eſt velum nauis. Et vt dicitur hec carbaſus in ſingulari veſtis ſinuoſa que tam viro ꝙꝫ mulieri ꝯueniri poteſt. Sed carbaſa ſoꝝ. ad vela nauium pertinet ⁊ coꝛ. penul. Unde Ouidius. Uidi pꝛecipiti carbaſa tenta notho:

**Arbutus eſt ſimilis huic. intyba pergama iungis.**

Dicit ꝙ hec dictio arbutus eſt ſimilis pꝛecedenti. quia in ſingulari eſt generis fe. ⁊ in plurali neutri. vt ntõ hec arbutus: pluraliter ntõ hec arbuta. id eſt collectio arboꝛum. Tu iungis etiam intyba ⁊ pergama. quia eodem modo declinantur. vt hec intybus. pluraliter ntõ hec intyba. ⁊ eſt quedam herba. ntõ hec pergamus. pluraliter ntõ hec pergama. id eſt troia. Joannes toꝛtellius dicit Intyba cũ t exili ⁊ y greco in penultima ſcribitur. herba eſt capilloſa ⁊ amara. cuius tenues capilli ſegetes ambiunt ⁊ necant. dicente Uirgilio libꝛo geoꝛgicoꝝ. j. Strymonieqꝫ grues ⁊ amaris intyba fibꝛis.

**Cui celum ſeruit. celos et cuncta creauit**
**Sic raſtrum raſtros: poꝛrumqꝫ facit tibi poꝛros**

Dicit ꝙ iſta nomina videlicet celum raſtrum poꝛrum in ſingulari ſunt generis neutri ⁊ in plurali maſculini. vt ntõ hoc celum. pluraliter ntõ hi celi celoꝛum. ntõ hoc raſtrum. pluraliter ntõ hi raſtri. ntõ hoc poꝛrum. pluraliter ntõ hi poꝛri. Celum dicitur a celo las. quia celat nos. vel a celo las. pꝛo ſculpere quia ſculptum eſt ⁊ inſignitum varijs ſtellis. vel componitur a caſa ⁊ helios quod eſt ſol. quia eſt caſa ſolis. Raſtrum raſtri. inſtrumentum ruſticoꝝ. i. foſſoꝛium duplex vt dicunt. ⁊ dr̃ ſic a raritate dentiũ. vel a rado dis qꝛ radit terrã. Raſtꝝ etiã dr̃ aliud inſtr̃m ruſticoꝝ dentatũ quo paleã remouent a granis. Poꝛrum eſt quedam herba. ⁊ dicitur a poꝛrigo. quia in longum poꝛrigitur. Etiam eſt quedam infirmitas que fit in manibus vel in pedibus ad ſimilitudinem poꝛroꝛum

**Frenum detur equo: frenos et frena teneto**
**Sic clauſtrum foꝛmas: filum pariterqꝫ capiſtrum.**

Dicit ꝙ iſta nomina frenũ clauſtrũ filum ⁊ capiſtrũ in ſingulari ſunt ge. neu. ⁊ in plurali maſculini ⁊ neutri. vt ntõ hoc frenũ. pluraliter ntõ hi freni vel hec frena. hoc clauſtrũ. pluraliter ntõ hi clauſtri. vel hec clauſtra. hoc filum. pluꝛaliter ntõ hi fili vel hec fila. Filum repetit hic gratia ꝯuenientie. Hoc capiſtrũ. pluraliter ntõ hi capiſtri vel hec capiſtra. ⁊ eſt quoddaꝫ ligamen cum quo equus vel aliud animal ex parte capitis tenetur. ⁊ dicitur a caput. qꝛ caput iumentoꝝ ſtringit.

**Dicimus altilia ſi plura ſit altilis vna**
**Conſimiliqꝫ modo ſit declinanda ſupellex**

Dicit A. ꝙ iſta duo noĩa altilis ⁊ ſupellex in ſingulari ſunt ge. fe. ⁊ in plurali neutri. vt hec altilis pluraliter ntõ hec altilia. ⁊ dr̃ res q̃ ad hoc alitur vt pinguioꝛ fiat ⁊ vt occidatur vt poꝛci ⁊ volucres domeſtice. hec ſupellex. pluraliter ntõ hec ſupellectilia. ⁊ eſt ſubſtantia vel facultas ⁊ oẽ inſtrumentũ ⁊ oꝛnamentum domus.

**Tartarus ater habet plurale ra: vinaqꝫ dant rum**

Dicit ꝙ hoc nomẽ tartarꝰ in ſingulari eſt ge. maſ. in plurali neu. vt ntõ hic tartarꝰ pluraliter ntõ hec tartara. i. inferna. Et inuenitur hoc tartarũ. ꝓ fece vini. iõ dicit. vinaqꝫ dãt rum. Cõſtrue ſic Tartarꝰ ater. i. infernꝰ niger. hoc ẽ illud nom̃ tartarꝰ hꝫ plurale ra. i. in plali numero hꝫ tartara

ꝙ.p ⁊ vinia dāt rū.i.inuenitur etiā tartaꝝ gñis neutri ſingularꝭ nūeri ſignificās feces vini. Tartarꝰ ē ꝓfundiſſimꝰ locꝰ infernoꝝ ꝺ quo nemine extraxit deus. illic eſt fletꝰ ⁊ ſtridoꝛ dētiū hoꝛroꝛ tenebrarum tremoꝛ frigoꝛis.

Sibilus hic dices: ſed ſibila plurima iunges
Supparus eſto comes: pꝛius hic tenet vs: ſed a ſubdes.
Trenarus: infernus: ſic menalus: ſic et auernus.
Dindyma pileus iſmara gargarus aſſociamus.

Dicit ꝙ nomina in lr̄a poſita in nūero ſingulari ſunt ge. maſ. ⁊ in plurali neutri vt ntō hic ſibilus pluraliter ntō hec ſibila. hic ſupparꝰ pluraliter ntō hec ſuppara. hic trenarꝰ. plr̄aliter ntō hec trenara. hic infernꝰ. pluraliter ntō hec inferna. hic menalꝰ. pluraliter ntō hec menala. hic auernus pluraliter ntō hec auerna. hic dindymꝰ. pluraliter ntō hec dindyma. hic pileus. pluraliter ntō hec pilea. hic iſmarꝰ. pluraliter ntō hec iſmara. hic gargarꝰ. pluraliter ntō hec gargara. Itē ſibilus dr̄ a ſibilo las. qd̄ ſerpentū eſt ꝓpꝛie. tñ homines ſibilāt. Supparꝰ ē manica oꝛnatꝰ cā ſup aliā ducta ⁊ criſpa. Et ponitur ſepe ꝓ velo vel replicatōe vel ſummitate veloꝝ. Vñ q̄dā Suppara nudatos cingūt anguſta lacertos. Itē Iuuenalis. Suppara veloꝝ perituꝰ colligit auras. Trenarꝰ eſt mons ſiue vallis vbi deſcēſus ē ad inferos. ⁊ ſepe ponitur ꝓ ipſo deſcēſu ad inferos ⁊ ꝓ inferno. Inuenitur etiā hic tenarꝰ. pluraliter hec tenara ꝓ eodē. Infernꝰ dr̄ ab infra q2 ſb terra dr̄ eſſe. Sicut eni coꝛ ē in medio hominis. ita ⁊ infernꝰ in medio terre creditur eē. Vel infernꝰ dr̄ ab infero infers. q2 anime reoꝝ illuc inferātur. Menalꝰ ē mōs archadie. Auernꝰ dr̄ locꝰ vbi ē deſcēſus ad inferos. ⁊ ponitur ſepe ꝓ inferno. ⁊ dr̄ ab a qd̄ ē ſine ⁊ vernos qd̄ ē delectatio q2 in inferno nulla ē delectatio. Dindyma ē nomē altiſſimi mōtꝭ. Ioānes toꝛtelliꝰ dicit Dindyma pꝛima cū i latino ſeq̄nte n. penultima cū y greco. ⁊ vltima cū m lr̄a ſcribit. mōs ē phꝛygie matri deū ſacer. declinatꝙ tm̄modo in plurali. Virgiliꝰ libꝛo eneidos. ix. Itē ꝑ alta dindyma. Pileꝰ ſm eūdē cū i latino et vnico l ſcribitur. opimētū qd̄dā eſt capitꝭ. Idē dicit Iſmarꝰ abſq3 aſpiratiōe ⁊ vnico r ſcribitur. mōs ē thꝛacie teſte Seruio ſup decimū eneidos. ⁊ in bucolico ⁊ vt refert vibius in q̄dā ſui ꝑte aſperrimꝰ eſt ⁊ incultꝰ. in reſiduo vō fertilis vinetꝭ ⁊ oliuis. Idē dicit Gargara q̄ꝙ cū g a nobis ſcribatur. ſm tñ etymologiā ꝑ c ſcribi deberet. ⁊ ſunt cacumina mōtꝭ ide Ida mōs ē ⁊ ſilua troianoꝝ in phꝛygia. quā homerꝰ libꝛo. viij. iliados feraꝝ parētē dixit ⁊ locū ꝯtinē qd̄ gargaron vocāt

Iſta ſolent quarta variari ſiue ſecunda:
Cum lauro quercus pinus coꝛnus quoꝙ ficus:
His colus atꝙ domus penus et lacus aſſociamus:
Et ſpecus et cantus cetus iungimus et oꝛtus.

De heteroclitis declinatioē

Dicit ꝙ noīa ꝓdicta pñt variari per ſecūdā ⁊ q̄rtā declinationē. videlꝫ hec laurꝰ gtō huiꝰ lauri vel laurꝰ. hec quercꝰ gtō huiꝰ querci vel quercꝰ. hec pinꝰ. gtō huiꝰ pini vel pinꝰ. hec coꝛnꝰ. gtō huius coꝛni vel coꝛnꝰ. hec ficꝰ. huiꝰ fici vel ficus. hec colꝰ. huiꝰ coli vel colꝰ ⁊ ē rota feminaꝝ ⁊ inſtrm̄ vñ femine nent. hec domꝰ. huiꝰ domi vel domꝰ. hec penꝰ. huiꝰ peni vel nus. hec lacꝰ. huiꝰ laci vel lacus hec ſpecꝰ. huiꝰ ſpeci vel ſpecꝰ. Et iſta tria videlꝫ cantꝰ cetꝰ ⁊ oꝛtꝰ pñt variari ꝑ ſecūdā ⁊ q̄rtā declinationē ſenſu variato. i. ſm variā ſignificationē. In ſecūda declinatiōe cantꝰ ſignificat curuaturam vel circūferētiā rote. vel ē ꝑticipiū de canitur. cetꝰ piſcē magnū marinū. hortus viridarium. In q̄rta vō declinatiōe cātꝰ ſignificat modulationē vocꝭ. cetꝰ turbā. oꝛtꝰ oꝛiginē pꝛicipiū natitatē

Is vel vs iſta ſuis dices dare compoſitiuis
Cera iugum limus animus colus arma bacillus:
Cum noꝛma neruum cum freno collige cliuum.
Eſtꝙ perenna tantum: tamen de iure perennis habetur.

In his vſibꝰ dicit ꝙ cōpoſita ex noibꝰ in lr̄a poſitis pñt terminari in is ⁊ in vs. Verbi gr̄a. Cera cōponitur cū ſin. ⁊ dicimꝰ hic ⁊ hec ſincerꝭ ⁊ hoc ſincere. vel ſincerꝰ ra rū. i. purꝰ. Iugū cōponitur cū bis. ⁊ dicimꝰ hic ⁊ hec bijugꝭ ⁊ hoc bijuge. vel bijugꝰ ga gū. i. res duoꝝ iugoꝝ. Limꝰ cōponitur cū ſub ⁊ dicimꝰ hic ⁊ hec ſblimis ⁊ hoc ſublime. vel ſblimꝰ ma mū. i. altꝰ. Animꝰ cōponitur cū magnꝰ et animꝰ ⁊ dicimꝰ hic ⁊ hec magnanimis ⁊ hoc magnanime. vel magnanimꝰ ma mū. i. magni animi Ex in ⁊ colus cōponitur hic ⁊ hec incolumis ⁊ hoc incolume. vel incolumꝰ ma mū. i. ſoſpes vel potēs Scdm̄ alios incolumꝰ nō dr̄. Ex in ⁊ arma cōponitur hic ⁊ hec inermis ⁊ hoc inerme. vel inermꝰ inerma inermū id ē ſine armis Ex in ⁊ bacillus cōponitur hic ⁊ hec imbecillis ⁊ hoc imbecille. vel imbecillus la lū id ē nō potēs Ex e ⁊ noꝛma cōponitur hic ⁊ hec enoꝛmis ⁊ hoc enoꝛme. vel enoꝛmꝰ ma mū id ē nō regularꝭ Ex e ⁊ neruus cōponitur hic ⁊ hec eneruis ⁊ hoc enerue. vel eneruꝰ ua uū id ē ſine neruis Ex e ⁊ frenū cōponitur hic ⁊ hec effrenis ⁊ hoc effrene. vel effrenꝰ na nū id ē ſine freno vel diſſolutꝰ Ex de ⁊ cliuus cōponitur hic ⁊ hec decliuis ⁊ hoc decliue. vel decliuꝰ ua uū id eſt infimꝰ vel depꝛeſſus. Deinde ſequitur. Eſtꝙ perenna. quaſi dicat ꝙ inuenitur perennus perenna perennū. tamen de iure debemus dicere hic ⁊ hec perennis ⁊ hoc ꝑenne. i. perpetuus. ⁊ cōponitur ex ꝑ ⁊ ānꝰ.

# De heteroclita declinatione

**Vas vaſis ternam tibi dat plurale ſecundam.**

Dicit ꝙ vas in ſingulari eſt declinationis tertie. vt vas vaſis. in plurali vero ſecunde. vt vaſa vaſorum. Sed vas hatens vadis in genitiuo non eſt heteroclitum.

**Tota domus quarte: mi mo rum moſqꝫ ſecunde:**

Sententia eſt ꝙ hoc nomen domus vbiqꝫ eſt declinationis quarte. niſi in infraſcriptis terminationibus. videlicet mi mo mos ⁊ rum in quibus eſt ſecunde declinatiōis. Et eſt ſciendū ꝙ ſic declinatur. Nominatiuo hec domus. genitiuo huius domi vel domus. datiuo huic domo. accuſatiuo hanc domū. vocatiuo o domus. ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter ntō he domus vel domi. genitiuo harum domoꝝ. dtō his domibꝰ. actō has domos vel domꝰ. vtō o domi vel domus. ablatiuo ab his domibus.

De heteroclitꝭ que deficiunt i caſibus vel numero

**Pluralem numerum retinet es atqꝫ metallum.**
**Raro per reliqua dabitur plurale metalla.**

Hic ponit regulā de nominibꝰ metalloꝝ dicēs ꝙ iſta nomina. ſ. es ⁊ metallū variantur in plurali numero. vt pluraliter ntō hec era. pluraliter ntō hec metalla. Sed raro cetera nomina metallorum in plurali variantur. vt ntō hoc aurū. non enim dicimꝰ pluraliter ntō hec aura. ⁊ ſic de ſimilibus. Et eſt ſciendum ꝙ nomina metallorum ſunt hec ſcilicet. aurum. argentum. plumbum. ſtannum. cuprum. ferrum. aurichalcū. chalybs. ⁊ alia quedā que ex aliquibus horum fabricantur.

Nomina ſignificantia res humidas

**Aequor vnda fretum mare mel latex aqua vinum.**
**Pocula fons flumen fluuius pluralia ſeruant.**
**Stagna lacuna lacus amnes puteus quoqꝫ lymphe.**
**Cetera pluralem retinent humentia raro.**
**Lex menſuratis tamen et penſis datur iſta.**

Hic A. ponit regulā de nominibꝰ humidis. Et dicit ꝙ nomina in lr̄a poſita variantur in plurali. ſed alia humiditatē ſignificātia non hn̄t pluralē numerū vel raro hn̄t. vt oleum ⁊ ſimilia: Et hec lex. i. hec regula debet intelligi de his q̄ venduntur cum menſura vel cum trutina. vt lac oleum. Et hoc dicit propter ſaliuam ſtillam rorem pluuiam guttam. que non menſurantur nec trutinantur

Nomina ſignificantia ſemen terre

**Hordea frumenta faba meneleſqꝫ citrulli.**
**His plurale damus: ſic dant far piſa lupinus.**
**Raro ſeminibus alijs plurale tenemus.**

Hic A. ponit regulā de nominibꝰ ſeminū. ⁊ dicit ꝙ illa nomina q̄ ponuntur in textu variantur in plurali videlicet. hoc hordeū. pluraliter ntō hec hordea. hoc frumentū. pluraliter ntō hec frumēta. hoc fabū. pluraliter ntō hec faba. alij dicunt ſingulariter ntō hec faba. pluraliter ntō he fabe. hic melo. pluraliter ntō hi melones. hic citrullus. pluraliter ntō hi citrulli. hoc far. pluraliter nominatiuo hec farra. hoc piſum. pluraliter ntō hec piſa. hic lupinꝰ. pluraliter ntō hi lupini. Alia vero nomina ſeminū raro variantur in plurali. vt ntō hoc triticū. hec auena. hec ſiligo. Ideo dicit Raro ſeminibꝰ alijs plurale tenemꝰ. Itē far farris neu. ge. dr̄ quoddā genꝰ annone. ⁊ dr̄ a frāgogis. Gn̄aliter tn̄ oīa ſemina frugū farra dicuntur a frāgendo qꝛ olim frangebātur in pila anteqꝫ vſus molarum eſſet.

Quinta dclinatio raro hꝫ plurale

**Raro plurale dat tibi quinta: niſi ſint hec:**
**Res pariterqꝫ dies acies facies ſpecieſqꝫ.**
**Progenies et maneries dic materieſqꝫ.**

Dicit A. ꝙ nomina q̄nte declinationis raro variantur in plurali. niſi ſint hec que in littera ponūtur. Et qꝛ textus eſt clarus ⁊ etiam vocabula. ideo bonū eſt tranſire ad alia magl neceſſaria.

Pax Sanguis

**Raro plurale vult pax et ſanguis habere.**

Dicit Auctor ꝙ hec nomina ſcilicet pax ⁊ ſanguis raro variantur in plurali. niſi in alia ſignificatione. vt viri ſanguinū declinate a me. ſanguinū id eſt peccatoꝝ. Et notanter dicit raro. quia aliquando reperitur ſanguis in plurali. vt in euangelio. Qui non ex ſanguinibus.

Vulgus Pelagus

**Neutra facis ſine plurali vulgus pelaguſqꝫ.**

Dicit ꝙ vulgꝰ ⁊ pelagꝰ ſunt ge. neu. ⁊ carēt numero plurali. Et ſm̄ aliquos raro variantur in plurali. ⁊ ſunt ge. maſ. vt pluraliter nominatiuo hi vulgi. pluraliter nominatiuo hi pelagi.

Tellus Humus Gelu

**Neſcio telluris vel humi plurale geluqꝫ**

Dicit ꝙ hec nomina tellꝰ telluris. humꝰ humi. ⁊ hoc gelu carent plurali. Tellus. luris. dr̄ terra frugifera a tollendo dicta. qꝛ fructꝰ eius tollimꝰ. vel qꝛ fructꝰ eiꝰ nos tollunt. i. nutriūt. vel qꝛ nos tollit. i. portat ⁊ ſuſtinet. Humus. i. terra ⁊ ꝓprie humida ⁊ inferior. Gelu neutri generis indeclinabile. id eſt frigus. ⁊ dicitur a ge quod eſt terra. ⁊ ligo. as. eo ꝙ liget terram. id eſt. ſtringat.

**Neſcit ador norme contraria norma mouere.**

Dicit ꝙ hoc nomē ador qꝺ idē eſt qꝺ pinguedo ſiue flos farine. eſt indeclinabile ꝓpter repugnantias duarū regularū. Prima ē. ꝙ nomina neutra i or deſinētia corripiūt penultiā genitiui. vt marmor marmoris. vt dictū eſt ibi. Neutraq;. Alia ē. ꝙ nomina in or deſinētia deriuata a verb. ꝓducentibꝰ o in penul. ſyllaba. ꝓducūt penultiā genitiui. vt amor amoris. Per primā deberet corripe ⁊ p ſecūdā ꝓducere penultimā. Et iō ꝓpter iſtas duas repugnātias remāſit indeclinabile. ne alteri regularū fieret iniuria. Cōſtrue ſic. Norma ꝯtraria norme neſcit mouere hoc nomē ador. ⁊ deriuatur ab adoro. ras. Etiam ador ē qꝺdā genꝰ annone vel frumēti vñ fiebat panis immolaticiꝰ. quē qui immolabat deum adorabat.

Ador

**Aptota neutra tene pus et fas irq; nefaſq;.**

Dicit A. ꝙ iſta nomina. ſ. pus. i. putredo. fas. i. licitū. ir. i. palma manꝰ. nefas. i. iniuſtū vel illicitū ſunt aptota neutra. i. generꝭ neutri ⁊ indeclinabilia. ⁊ dicūtur aptota ab a qꝺ eſt ſine. ⁊ ptotos ſ caſus. qſi ſine caſuū variatiōe. Pus puris fe. ge. i. cuſtodia. ⁊ dr̄ a purꝰ eo ꝙ purꝫ cuſtodiat ⁊ retineat. Itē hoc pus indeclinabile ē putredo vel quedā infirmitas q̄ hominē reddit putridū ⁊ tunc dr̄ a puteo tes. qꝺ eſt fetere. Et ſic capitur hic in textu.

Pus / Fas / Ir / Nefas. Sunt indeclinabilia.

**Obliquum de ſe non format fors niſi forte.**

Dicit A. ꝙ hoc nomē fors nō format de ſe aliquē obliquū niſi forte. vt ntō hec fors. ablatiuo ab hac forte. Fors ē fe. ge. ⁊ ē euētꝰ rerū. ⁊ dr̄ a foros. Vñ ſepe inuenitur poſitum aduerbialiter ꝓ aduerbio euentus.

Fors

**Tabes declino: nec dat tabi niſi tabo.**

Dicit ꝙ hoc nomē tabes declinatur ꝑ oēs caſus. vt ntō hec tabes. gtō huiꝰ tabis. ⁊ ideꝫ eſt qꝺ putredo. ſanies. nec dat tabi niſi tabo. qſi dicat. qꝺ tabi non habet niſi duos caſus. videlicet huiꝰ tabi ⁊ ab hoc tabo. id eſt ſanguis putridus.

Tabes / Tabi / Tabo

**Ilia declinat tibi tertia non niſi plura:**
**Ipſaq; plurales declinat menia manes.**

Dicit ꝙ hoc nomē ilia declinatur in plurali tm̄. ⁊ ē tertie declinatiōis. vt pluraliter ntō hec ilia. Deinde dicit. ꝙ ipſa. ſ. tertia declinatio declinat has duas dictiōes. ſ. menia ⁊ manes plurales. i. in plurali tm̄. vt pluraliter ntō hec menia. pluraliter ntō hi manes. Ilia ſunt inteſtina pua ⁊ rotunda circa renes animaliū. Menia meniū menibꝰ ſunt ꝓprie muri ciuitatꝭ. a munio munis quaſi munia. qꝛ muniāt ciuitatē. Sꝫ abuſiue dicuntur menia oīa edificia ciuitatꝭ ⁊ ſcribitur ꝑ oe diphthongon. Manes maniū manibꝰ maſ. ge. i. dij infernales ⁊ anime infernales ⁊ dicūtur a manuꝫ quod eſt bonum per contrarium quia non ſunt boni. ſed efferi ⁊ crudeles.

Ilia / Menia / Manes. Sūt tm̄ pluralis numeri

**Dicamus proceres pluraliter atq; penates:**
**Arma vel inſidias artus ſponſalia iungas.**
**Diuitiaſq; minas nuptias indutiaſq;.**
**Hec niſi plurali tenebras aut exta notaui.**

Dicit ꝙ nomina in lr̄a poſita variātur in plurali tm̄ ſm vſum. Et qꝛ textꝰ ē clarꝰ. veniamꝰ ad expoſitionē vocabuloꝝ. vt pluraliter ntō hi ꝓceres. ⁊ ſunt principes ciuitatꝭ qſi ꝓcedes eo ꝙ añ omes honore ꝓcedāt. Itē capita trabiū q̄ eminēt extra pietes ꝓceres dicūtur eo ꝙ primo ꝓcedāt. Hic facta trāſlatiōe ad primores ⁊ ad quoſdā nobiles ꝓceres dicūtur. qꝛ cetere multitudini ꝑeminēt. Pluraliter ntō hi penates. ⁊ ſunt domꝰ interiores ꝓprie. vel domeſtici ⁊ priuati dij domibꝰ ꝑſidentes. quos antiqui in domibꝰ habebāt. Pluraliter ntō hec arma. ⁊ dicūtur ab armꝰ. qꝛ eū tegunt. vel qꝛ armis. i. brachijs exercētur. Et dicūtur arma gñaliter omniū generꝫ tela. ſꝫ tamē ꝓprie arma quibꝰ defendimur. ⁊ tela quibꝰ oppugnamꝰ ⁊ q̄ mittimꝰ. Pluraliter ntō he inſidie. ⁊ dicuntur ab inſideo des. Et fiūt inſidie loco vel telo. fraus aūt fit circa fidē mutuatā. ⁊ dolus fit in animo. Pluraliter ntō hi artꝰ. ⁊ ſunt mēbra q̄ neruis artantur. Pluraliter ntō hec ſponſalia. ⁊ ſunt futurarum nuptiaꝝ ꝯuentio ⁊ repromiſſio. Pluraliter ntō he diuitie. i. opulētie. Pluraliter nominatiuo he mine. Et minas altitudines muroꝝ dicimꝰ. Etiā mine ſunt vba inimicitie. Et dicuntur a minor aris. Et eſt minari idem quod minas imponere. Vñ. Mala minamur. Bona ꝓmittimꝰ. Sꝫ mino nas. naui. idem eſt quod compellere vel ducere. Unde Threnoꝝ. iij. Me minauit ⁊ abduxit in tenebras ⁊ non in lucem. Et mino nas naui produ. mi. ſed minor naris corripit mi. Unde. Dū grex minatur. lupus illi dente minatur. Item Gaius. Troia minans cecidit. non ſe bene minans. Iteꝫ he mine. arum. corripit mi. ſed mino nas. verbum producit. Unde. Nolo timere minas dum me ſine vimine minas. Inuenitur tamē ſingulariter etiam nominatiuo hec mina ne. ⁊ dicitur libra vna vel talentuꝫ ſicut dicit papias. Et ſubdit. Mna grece appellatur. ⁊ habet ſexaginta ſiclos qui faciunt obolos mille ducentos. Huguitio autem dicit ſic. Mina in ponderibꝰ drachma. vel due libre ⁊ ſemis extimatur. Mna aliud pondus eſt quod appenditur centum drachmis. Pluraliter nominatiuo he nuptie. viri ⁊ mulierꝭ legitima ꝯiunctio indiuiduam vite ꝯſuetudinem continens. Et dicuntur a nubo bis eo ꝙ nubentium capita i ſolenni benedictione velabanꝭ ⁊ quaſi nube operiebantur. Pluraliter nominatiuo he indutie. ⁊ ſunt partes federis. Et dicuntur ab induco cis. qſi

Proceres / Penates / Arma / Inſidie / Artus / Sponſalia / Diuitie / Mine / Nuptie / Indutie / Tenebre / Exta. Sūt tm̄ pluralis numeri

inducta ocia. Vel dicuntur ab in ⁊ dies ⁊ ocium. vnde inducie quaſi in dies ocia. Pluraliter nominatiuo he tenebre dicuntur eo ꝙ teneant vmbras. Nihil autem ſunt tenebre ſed ipſa lucis abſentia tenebre dicuntur. Pluraliter nominatiuo hec exta. ⁊ ſunt medie pecorum partes. inteſtina. fibre. Sūt adhuc plura alia noīa plural' nūeri tm̄ q̄ nō ponūtur in lr̄a. videlȝ. quirites. primateſ. primores. poſteri. ſuperi. inferi. lemures. antes. lactes. kalēde. idꝰ. nūdine. none. therme. excubie. exuuie. primitie. inferie. exequie. inficie. quiſquilie. reliquie. nuge. precordia. magalia. mapalia. feria. orgia. parentalia. bacchanalia. neptunalia. ⁊ plura adhuc alia his ſimilia.

Cornu
Genu
Veru

**Cornua mutantur: ſed cornu non variatur:**
**De genibus verubus normam ſeruabis eandem:**

Dicit ꝙ hoc nomē cornu in plurali variatur. in ſingulari non. Simile iudiciū eſt de his nominibus genu ⁊ veru. que in plurali variantur ⁊ in ſingulari nō. Ideo dicit auctor. De genibꝰ verubꝰ

Necis
Precis
Dapis
Vicis
Caret nominatiuo ⁊ vocatiuo

**De nece deqȝ prece dic ꝙ rectis caruere**
**Primis: atqȝ dapem ſocia. vice iungis eiſdem.**

Dicit ꝙ nomina in littera poſita carent nominatiuis ⁊ vocatiuis ſingularibꝰ. vt genitiuo huiꝰ necis. genitiuo huius precis. genitiuo huius dapis. genitiuo huius vicis. Dapes nobiliū ſunt. epule priuatoꝝ. vel dapes deoꝝ. epule hominū. Necem dicimꝰ mortem vel ſuppliciū. Preces id eſt rogationes. ſupplicationes. Vices id eſt alternationes. Et dicuntur a vinco vincis.

Vis

**Vis vi vimqȝ dabit: totum plurale tenebit.**

Dicit ꝙ iſtud nomen vis habet duos caſus in ſingulari. ſcilicet vim in accuſatiuo ⁊ vi in ablatiuo ſed tenebit totum plurale. vt pluraliter nominatiuo he vires. genitiuo harum viriū. datiuo his viribus. accuſatiuo has vires. vocatiuo o vires. ablatiuo ab his viribus. Inuenitur etiaȝ vis in accuſatiuo plurali. vt in Proſpero. Que vis nature moderamine temperet equo.

Plus

**Plus neutrale facit: nec dat primo niſi pluris:**
**Caſum plurale dat quemlibet et genus omne.**

Dicit ꝙ hoc nomen plus eſt neutri generiſ in ſingulari numero. ⁊ non habet niſi pluris in gtō ſingulari. ⁊ hoc eſt ſm̄ vſum. vt Lu. xij. Multl paſſeribus pluris eſtis vos. Sed in plurali habet omnes caſus ⁊ omne genus. Et ſic declinatur. hoc plus. genitiuo huius pluris. Et pluraliter nominatiuo hi ⁊ he plures ⁊ hec plura. genitiuo hoꝝ ⁊ harū ⁊ hoꝝ pluriū. Tamen greciſmꝰ iubet ipſum declinari ſm̄ ꝙ in verſibus ꝯtinetur ſcilicet. Cum per tres caſus neutrū genus obtineat plus Caſibus in reliquis obtinet omne genus. Vult enim ꝙ plus in nominatiuo accuſatiuo ⁊ vocatiuo eſt neutri generis in ſingulari. In alijs vero caſibus tam in ſingulari qȝ in plurali eſt generis omnis. in vna voce vel in diuerſis.

Interrogatiua
Diſtributiua
Relatiua
Negatiua
Infinita
Caret vocatiuo

**Que querunt: que diſtribuunt: referuntqȝ: negantqȝ:**
**Infinita quoqȝ: caſu caruere vocante.**

Dicit ꝙ iſta que querunt. id eſt que interrogatiua ſunt. vt quis ⁊ vter. que diſtribuunt id eſt que diſtributiua ſunt. vt alius alter. que referunt id eſt que relatiua ſunt. vt qui que quod vel quid. que negant id eſt que negatiua ſunt. vt nemo. quoqȝ pro etiam infinita. vt aliquis ⁊ qui. quicūqȝ. caruere caſu vocante id eſt vocatiuo.

Omnis

**Diſtribuit ſi vim tribuas et colligit omnis:**
**Colligit improprie poſitum non diſtribuendo.**

Dicit ꝙ hoc nomen omnis aliquando eſt diſtributiuū: ⁊ aliquando collectiuū. Diſtributiuūȝ ſi proprie ponatur ſcilicet diſtribuendo terminū ſequentem. vt omnes apoſtoli fuerunt martyrizati. Ex hoc enim ſequetur. Ergo Petrus fuit martyrizatus. ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ hoc modo caret vocatiuo. Collectiuū autem ſi ponatur improprie non diſtribuēdo terminū ſequentem. vt omnes apoſtoli ſunt duodecim. non enim ſequeretur. ergo Petrꝰ eſt duodecim. ⁊ hoc modo poteſt habere vocatiuū caſum preſertim in plurali numero.

Omnia pronomina carent vocatiuo exceptis quattuor

**Quattuor exceptis pronomina nulla vocabis.**
**Tu meus et noſter noſtras caſus tenent omnes.**

Dicit Auctor ꝙ nulla pronomina habent vocatiuū caſum exceptis quattuor ſcilicet tu meus ⁊ noſter ⁊ noſtras. vt patet in textu.

Os
Aes
Far
Thus
Ius
Rus

**Tres in plurali caſus os oris amittit.**
**Es far thus ius rus illi ſociare ſolemus.**

Dicit ꝙ nomina in p̄cedentibus verſibus numerata carent tribus caſibus pluralibus ſcilicet genitiuo datiuo ⁊ ablatiuo. Et pluraliter nominatiuo hec ora. accuſatiuo hec ora. vocatiuo o ora. pluraliter ntō hec era. actō hec era. vtō o era. pluraliter nominatō hec farra. accuſatiuo hec farra. vocatiuo o farra. pluraliter nominatiuo hec thura. accuſatiuo hec thura. vocatiuo o thura. pluraliter ntō hec iura. accuſatiuo hec iura. vocatiuo o iura. pluraliter ntō hec rura. actō hec rura vo

catiuo o rura. Alij addunt maria. vina. mora. mella. fora. Addit vetuſtas defruta ⁊ mulſa

**Terra fit ops: ſed auarus opes: opem petit eger.** Ops

Dicit ꝙ hoc nomen ops eſt heteroclitum ſignificatione. quia in nominatiuo caſu ſignificat idem quod terra. ⁊ in accuſatiuo ſingulari idem quod auxilium. ⁊ etiam in alijs obliquis ſingularib⁹. in plurali ſignificat diuitias. De hoc tamen nomine ops ſm aliquos ita dicitur. Ops opis feminini generis. ⁊ pluraliter he opes opum. ſed nominatiuus ſingularis deficit ſm vſum. Et eſt nomen diuerſiclinīū. id eſt. aliud ſignificat in ſingulari ⁊ aliud in plurali. Opis. opi. opem. ope. i. auxilium. tutela. ſtudium. niſus. Sed opes in plurali. id eſt. diuitie. Inuenitur tamen quandoqꝫ in ſingulari pro diuitijs. ⁊ in plurali pro auxilio. Et hinc hec opis. opis. quedam dea que putabatur opibus preeſſe. ⁊ corripit o. Unde. Querit pauper opem. querit auarus opes. Et nota ꝙ ops pro terra habet nominatiuū in vſu. ⁊ interpoſita i facit genitiuū opis. ⁊ eſt primitiuū. Et dicitur ops terra. eo ꝙ opem ferat frugibus. que alio nomine dicitur cybele. Item ops antiquitus dicebatur in omni genere. id eſt. diues. fecundus. opulentus. Et inde poteſt cōponi inops. id eſt. pauper. Sulpitius verulanus ſic dicit. Ops opis deam ſignificat per omnes caſus. Rurſus in genitiuo poſſibilitatem ⁊ auxilium. In accuſatiuo ⁊ ablatiuo auxilium. In plurali diuitias ⁊ poſſibilitatem. vt Seruius docet. Aliquando ⁊ auxilia ⁊ potentiam. Saluſtius. Opibus coniuratiōis fretus. Veteres teſte capro dixerunt. hic ⁊ hec ⁊ hoc ops. pro opulento. ſicut cops pro copioſo. Item dictum eſt ſupra ops eſt nomen diuerſiclinīū. Eſt autem diuerſiclinium locus vbi diuerſe vie coniunguntur. ⁊ dicitur a diuerſus diuerſa diuerſum. ⁊ clino nas. quia illic diuerſe vie acclināntur. vel quia illic via inclinatur ad diuerſa. quod aliter grece dicitur hoc heteroclitum. Item heteroclita ſiue diuerſiclinia dicuntur quedam nomina in arte grāmatica quaſi ad diuerſa ſe inclinantia. ſcilicet que inclinant ſe ad diuerſas dictiones in diuerſis caſibus. vt iupiter iouis. vel ad diuerſas ſignificationes. vel ad diuerſas declinationes. vel ad diuerſa genera in diuerſis numeris vt veſpera veſpere. vas vaſa. celum celi. Item eger. gra. grum. id eſt. triſtis vel infirmus. ⁊ dicitur ab egeo eges. eo ꝙ egeat viribus vel leticia.

**Lens lendis capiti: lens lentis conuenit ori.**

Dicit ꝙ hoc nomen lens eſt heteroclitum ſignificatiōe ⁊ caſuum formatione. Nam aliquando ſignificat fetum ſextupedis. ⁊ tunc facit lendis in genitiuo. aliquando ſignificat quoddam genus leguminis. ⁊ tunc facit lentis in genitiuo.

**Hic dat et hec hoſpes. hec hoſpita: ſoſpita ſoſpes.**

Dicit ꝙ hec duo nomina ſcilicet ſoſpes ⁊ hoſpes ſunt generl cōmunis. ⁊ hec duo nomina hoſpita et ſoſpita ſunt generl feminini. Hoſpes eſt ille vel illa qui vel que recipit vel recipitur in hoſpitio. hoſpita eſt illa que recipit vel recipitur. Soſpes eſt ſanus vel ſana. ſoſpita. id eſt. ſana.

**Veſper. re. ra. rum. pars eſt extrema diei.** Veſper / Veſpere / Veſpera / Veſperum

**Noctis vel mundi: veſperqꝫ ſuum tenet etas.**

Dicit ꝙ hoc nomen veſper ſignificat idem quod illa nomina veſpere veſpera ⁊ veſperum ⁊ ſic ſignificando ſignificat finem diei n octis vel mundi. Etiam ſignificat finem etatl. Ideo dicit. veſperqꝫ ſuum tenet etas. Et ſubdit pro maiori declaratione carmen ſequens.

**Quamlibet etatem mundi lego veſper habere.**

Dicit ꝙ hoc nomen veſper poteſt ſignificare finem cuiuſlibet etatis mundi. Unde ſciendum eſt ꝙ etates mundi dicuntur ſeptem quarum quelibet dicitur habere ſuum veſper. Prima fuit ab Adā vſqꝫ ad Noe. ſuum veſper fuit diluuium. Secunda a Noe vſqꝫ ad Abraam. veſper ei⁹ fuit linguarū confuſio. Tertia fuit ab Abraam vſqꝫ ad Moyſen. veſper eius fuit captiuitas egyptiaca. Quarta fuit a Moyſe vſqꝫ ad Dauid. veſper eius fuit praua vita Saulis. Quinta a Dauid vſqꝫ ad trāſmigrationem babylonis. veſper eius fuit preuaricatio iudeorum. Sexta fuit a tranſmigratione babylonis vſqꝫ ad chriſtum. veſper eius fuit reuocatio veteris teſtamēti. Septima fuit a chriſto vſqꝫ ad finem mundi. veſper eius erit reſurrectio mortuorū.

**Veſperus eſt ſtella: ri ſolos dant tibi pſalmos.** Veſperus / Veſperi. rorū / Veſpere. rarū

**Officium tibi. re. rarum. totaliter implent**

Dicit ꝙ veſperus eſt ſtella que alio nomine heſperus dicitur. Sed veſperi veſperorum dant tibi pſalmos qui leguntur in veſperis. Deinde dicit. Officium tibi. re. rarum. totaliter implent. Quaſi dicat. ꝙ veſpere veſperarum ſignificat totum officium quod celebratur in veſperis. ſcilicet pulſationem campanarum. cantus pſalmorum ⁊ antiphonarum. ⁊ alias ſolennitates. Preciſim⁹ tamen videtur eſſe alius opinionis.

**Glis animal: glis terra tenax: glis lapa vocatur.** Glis { ris / ſis / tis }

**Ris primus: gliſſis tenet altera: tertia glitis**

Dicit ꝙ hoc nomen glis ſignificat animal. terram tenacem ⁊ herbam. Sed in declinatiōe differt quia pro animali facit gliris in genitiuo. pro terra facit gliſſis. pro herba facit glitis. Et glis eſt heteroclitum in ſuperabundantia ſignificationis quantum ad nominatiuum ⁊ in variatiōe vocis quantum ad obliquos reſpectu nominatiui ⁊ etiam variatione generis.

**Caſſis idis galea: capitur fera caſſe retenta.** Caſſis { idis / ſis }

Dicit ꝙ hoc nomē caſſis qn̄ facit caſſidis in gtō ſignificat galeā. ⁊ qn̄ facit caſſis ſignificat rete vel laqueū quo fere capiuntur. Et caſſis ē heteroclitū in ſupabūdātia ſignificatiōis q̄ntū ad ntm̄. ⁊ in variatiōe vel q̄ztū ad obliquos reſpectu nominatiui. Caſſis caſſidis. eſt feminini generis. Sʒ caſſis caſſis eſt maſculini generis. Ouidius. Detulit in caſſes preda petita meos.

Tignus vel tignum
Piſa vel piſum

## Tignus vel tignum declina: piſaqʒ piſum

Dicit ꝙ poſſumꝰ dicere hic tignꝰ vel hoc tignū. i. lignū ſub tegul' poſitū. Et poſſumꝰ dicere hec piſa piſe. vel hoc piſum piſi. genꝰ leguminū. Tignꝰ ⁊ piſa ſunt heteroclita in ſuperabūdantia vocis. qꝛ tignꝰ ⁊ tignū idem ſignificāt. ⁊ piſa ⁊ piſum etiā idem ſignificāt.

Cornus vel cornu
Tonitrus vel tonitru

## Cornus vel cornu dices: tonitrus tonitruue.

Dicit A. ꝙ inuenitur hec cornꝰ. ⁊ hoc cornu. ⁊ inuenitur hic tonitrus ⁊ hoc tonitru. Inuenitur etiam tonitruū licet auctor nō faciat mentionē. Cornu dr̄ a carne quaſi carneū. qꝛ ex carne ꝓcedit. Et in ſingulari eſt indeclinabile. in plurali vo hec cornua nuū. Inuenitur etiā hic cornꝰ. us. ui. in eodem ſenſu. Et nota ꝙ cornua vocantur extreme ptes antēnarū ꝑ tropū ab animali. Itē cornua vocantur extremitates exercitꝰ qꝛ intorte ſunt ad modū cornuū animalis. ſed in hac ſignificatione ꝓprie inuenitur hic cornꝰ. us. ui. ⁊ ꝓ cornu militis ſimiliter. Sʒ cornu in ſingulari ⁊ cornua in plurali ꝓprie ptinet ad animalia. A cornu deriuatur cornutꝰ. a. um. ⁊ corno. as. i. cornu reſonare. ⁊ hec cornus. ni. ꝓ quadā arbore dura in fructu vel ligno. Inde hoc cornū ni. i. fructꝰ illiꝰ arboris. Tonitrus trus. maſ. ge. ⁊ hoc tonitru indeclinabile i ſingulari In plurali hec tonitrua truū. a tonitru ablatō addita um. Vn̄ Apoc. xix. Et audiui vocē tonitruū magnoꝝ. Et hoc tonitruū trui. neu. ge. Unde Iob. xxvi. Quis poterit tonitruū magnitudinis eius intueri. Idē ſignificāt. Et componuntur iſta tria nomina a tonus ni. qđ eſt ſonꝰ. ⁊ terreo es. qꝛ huiuſmodi ſonꝰ valde terret. Vn̄ Iſidorus etymologiarū. xiij. Tonitruū dictum eo ꝙ ſonus eius terreat.

Glomus { mi / cris

## Eſt glomus atqʒ glomi: vult hoc glomeris ſibi ſubdi.

Dicit ꝙ poſſumus dicere hic glomus glomi ⁊ hoc glomus glomeris. ⁊ eſt coadunatio. ꝓuolutio ⁊ glomeratio filorum. Glomus glomi. illud idem vel circulus.

Ambo
Duo

## Ambo duoqʒ mari faciunt neutrum ſimilari:
## Par primo quintus: orumqʒ tenet genitiuus:
## Sepe duum dabimus neutro ſi ſyncopa fiat:
## Cum terno ſextus facit obus: et os ſociamus
## Quarto: ſed neutrum formabis in o quaſi primum.
## Prorſus femineum datur ad morem dominarum.

In hac parte A. determinat de iſtis duobꝰ nominibꝰ ambo ⁊ duo dicēs. Ambo ⁊ duo faciūt neutꝝ in ntō ſimilari mari. i. maſculino. vt pluraliter nominatiuo hi duo he due ⁊ hec duo. Deinde dicit. ꝙ vocatiuꝰ ē ſimilis ntō. vt vocatiuo o duo o due ⁊ o duo. Deine dicit. Orumqʒ facit gtūs. intelligas in maſculino ⁊ neutro genere. vt gtō hoꝝ duoꝝ tam ꝓ maſculino qʒ ꝓ neutro. De feminino autē dabit doctrinā ibi. ꝓrſus femineū. Sed in neutro genere ſepe dicimꝰ duū in gtō. ⁊ hoc ſi ſyncopa fiat. Ideo dicit. Sepe duū ⁊c. Datiuꝰ ⁊ ablatiuꝰ faciūt in obus. vt dtō his duobꝰ. ablatiuo ab his duobꝰ in maſculino ⁊ neutro genere. Et nos ſociamꝰ hāc terminationē os quarto. i. actō in maſculino genere. vt actō hos duos. Sed tu formabis neutꝝ. i. actm̄ neutri generis in o quaſi primū. i. ntm̄. vt actō hec duo ꝓ neutro genere. Prorſus femineū. Hic dicit. ꝙ ambo ⁊ duo hn̄t femininū genꝰ ad morem dn̄arū. i. ad ſimilitudinē huiꝰ nominis dn̄aꝝ. vt pluraliter ntō he due. gtō haꝝ duaꝝ. dtō his duabꝰ. actō has duas. vocatiuo o due. ablatiuo ab his duabꝰ: Et ē ſciendum. ꝙ ambo ⁊ duo ſunt heteroclita declinatione. quia partim ſunt declinatiōis prime. partim ſecunde. partim tertie.

Tertium capitulum eſt de tribus gradibus comparationiſ

## Hunc gradibus trinis qui comparat ire notabis.

Hoc eſt tertiū capitulū in quo auctor determinat de tribus gradibus comparationis. Diuiditur autem hec pars in duas. In quarum prima agit đ comparatiuis regularibus. in ſecunda de irregularibꝰ. per hoc patet ordo. Prima incipit. Hunc gradibus. Secunda. Res bona. Prima diuiditur in duas. in quaꝝ prima agit de ꝓprijs comparatiuis ſcilicet de his que ſunt de nominibus. In ſecunda de his que formantur ab alijs partibus orationiſ preterqʒ a pronominibus ⁊ coniunctione ⁊ interiectione. per hoc patet ordo. Prima incipit. Hūc gradibus. Secunda. Uerbum quandoqʒ. Prima diuiditur in duas. In quarū prima oſtendit de quibus nominibus habet fieri comparatio. quia de adiectiuis ſolum. In ſecunda in quibus declinationibus habet fieri quia in ſecunda ⁊ in tertia. ſed quia declinatio ex conſequenti habet ſe ad nomen. patet ordo. Prima incipit. Eſt adiectiuis. Secunda. Si tibi declinet. Dicit igitur primo auctor. Tu notabis hunc qui comparat. id eſt. qui facit comparationem. ire. id eſt. procedere. tribuſ gradibus. id eſt. poſitiuo comparatiuo ⁊ ſuperlatiuo.

## De primis ambos debes formare ſupremos.

# De tribus gradibus cõparatiõis

Dicit tu debes formare duos gradus vltimos ſcilicet comparatiuũ ⁊ ſuperlatiuũ de primis. id ē. de poſitiuis. Verbi gratia. de hoc poſitiuo doctus formatur doctior ⁊ doctiſſimus.

**Eſt adiectiuis graduum collatio talis.**
**Dum valet augeri ſua proprietas: minuiue.**

Dicit A. ꝙ adiectiua nomina quoꝝ ꝓprietas ſiue ſignificatio poteſt augeri vel minui. pñt compa- ratione recipere. vt albꝰ albior biſſimꝰ. Hoc aũt dicit. q2 ſunt multa nomina adiectiua. quoꝝ ꝓprie- tas ſiue ſignificatio nõ põt augeri nec minui. iõ nõ pñt cõpari. vtputa. eternꝰ. ꝑfectꝰ. ⁊ ſic de alijs

**Declinat terna poſitiuos ſiue ſecunda:**

Omnis poſiti- uus eſt ſecũde vl' tertie dclina tionis

Dicit A. ꝙ nomina poſitiua declinantur aut ꝑ ſecundã aut ꝑ tertiã declinationẽ. Et ratio ē. q2 ſi de- bent cõpari. oportet ꝙ ſint adiectiua. ſ3 nõ habemꝰ adiectiua niſi in ſecũda declinatiõe. vt albꝰ. ba. bum. aut in tertia. vt hic ⁊ hec fortis ⁊ hoc forte. Et auctor loquitur ſolũ de illis poſitiuis a quibus formantur alij gradus. ſ. comparatiuꝰ ⁊ ſuperlatiuꝰ. ſed quia alij gradus non formantur a poſitiuo prime declinationis. ideo auctor non facit mentionem de ipſo.

**Si tibi declinet poſitiuos norma ſecunde:**
**Taliter inde gradum debes formare ſecundum.**
**I breuies quam dat genitiuus et or ſuperaddes**

De formatiõe comparatiui a poſitiuo ſecun de declinationis

Hic A. docet formare comparatiuũ a poſitiuo ſecũde declinatiõis dicẽs. ꝙ ſi poſitiui gradus ſint ſecũde declinatiõis. cõpatiui formari debet a gtõ ſingulari i breuiata ⁊ addita or. vt doctus docti. i breuiata ⁊ addita or fit doctior.

**Terne conſimili formabunt more datiui.**

De formatiõe comparatiui a poſitiuo tertie declinationis

Hic doc3 formare cõpatiuũ tertie declinatiõis dicẽs. Datiui caſus nominũ tertie declinatiõis for mabunt cõparatiuũ cõſimili more quo ſupra. qſi dicat. ꝙ comparatiui gradus venientes a poſi tiuis tertie declinatiõis formãtur a dtõ i breuiata ⁊ addita or. vt forti. tis ti. addita or fit fortior.

**Inde ſiniſterior: hinc iunior excipiantur.**
**Et potis et nequam prebent aliam tibi formam.**

Hic ponit exceptionẽ a duabꝰ regulis ꝑdictis dicẽs. Siniſterior excipiatur inde. i. ab iſta regula prima. Si tibi declinet ⁊c. q2 deberemꝰ dicere ſiniſtrior ⁊ dicimꝰ ſiniſterior. qđ pat3. nã poſitiuus eius. ſ. ſiniſter. facit in gtõ ſiniſtri. addita or fit ſiniſtrior ⁊ ñ ſiniſterior. Iunior ṽo excipitur hinc id eſt. ab iſta regula. Terne ꝯſimili ⁊c. q2 deberemꝰ dicere iuuenis iuueni iuuenior. ⁊ dicimꝰ iuni- or. Et iſta duo nomina potis ⁊ nequã prebent tibi aliã formã. q2 potis excipitur rõne ſignificatio- nis. Nã potis. i. potẽs. potior. i. melior. Neq3 ṽo excipitur rõne formatiõis. q2 cũ ſit indeclinabile nõ debet hře cõpatiuũ nec ſuplatiuũ. tñ h3 nequior cõpatiuũ ⁊ nequiſſimꝰ ſuperlatiuum.

**Verbum quandoq3: vel que ſunt prepoſitiue**
**Voces: audiui ſupplere vicem poſitiui**
**Forme conſimilis aduerbia ſepe videbis.**
**Participans iungis: quod tunc pro nomine ſumis.**

De formatiõe comparatiui a poſitiuo impro prio.

Dicit ꝙ etiã ipſa ṽba qñq3 loco poſitiuoꝝ ponũtur. vt detero deteris. hic ⁊ hec deterior ⁊ hoc de- terius. i. peior. Similiter prepoſitiões ponũtur loco poſitiuoꝝ. vt poſt poſterior. Similiter ad uerbia ponũtur loco poſitiuoꝝ. vt pridem prior. Similiter iũges ꝑticipia. ſ3 tũc ꝑ nominibꝰ ac cipiũtur. vt doctꝰ doctior. Cõſtrue ſic. Ego audiui ṽbũ vel voces. i. dictiões q̃ ſunt ꝑpoſitiue. i. ꝑpo ſitiões ſupplere vicẽ poſitiui gdꝰ. Tu ſepe videb aduerbia ꝯſimilis forme. i. ſupplere vicẽ poſiti ui. tu iũges ꝑticipãs. i. ꝑticipiũ qđ tũc ſumis ꝑ nomine. i. loco nominis.

**Detero poſt extra pridemq3 vel ante vel infra.**
**Intra vel citra ſapiens vltra prope ſupra.**

In his duobꝰ ṽſibꝰ auctor exẽplificat id qđ ſupradixit. ſ. ꝙ verba prepoſitiões aduerbia ⁊ ꝑtici pia qñq3 accipiũtur loco poſitiuoꝝ. textꝰ eſt de ſe planꝰ. Nota detero. teris. triui. tritũ. i. valde te rere. Item detero. teris. terui. deterere. id eſt peiorare.

**Vſq3 ſecunda tenens ſuperantem de genitiuo**
**Sic format: iungit s: atq3 ſimus ſuperaddit**

De formatiõe ſuperlatiui a po ſitiuo ſecunde declinationis in us.

Hic doc3 nos formare ſuplatiũ gdũ. ⁊ dicit in ꝯcluſiõe. ꝙ ſuplatiua q̃ veniũt a noibꝰ ſecunde decli natiõis in vs terminat. formãtur a gtõ ſingulari addita s ⁊ ſimꝰ. vt albꝰ bi. addita s ⁊ ſimꝰ fit al biſſimꝰ. tñ excipiũtur aliq̃ irregularia. vt bonꝰ optimꝰ. malꝰ peſſimꝰ. de qbꝰ dicetur inferius.

**Cum tenet r rectus: rimus eſt illi ſociandus:**

De formatiõe ſuplatiui a po ſitiuo ſecunde declinatiõis ir

Dicit Auctor ꝙ quando nominatiuꝰ ſecunde declinationis terminatur in r. ſuperlatiuus graduſ formatur ab ipſo nominatiuo addita rimus. vt macer macerrimus. niger nigerrimus.

Excipias dexter quod dat timus atqꝫ ſiniſter:

Dicit Auctor ꝙ dexter ⁊ ſiniſter excipiuntur ab illa regula. Cum tenet r rectus ⁊c. quia deberent facere dexterrimus ⁊ ſiniſterrimus. ⁊ faciunt dextimus ⁊ ſiniſtimus.

De formatiõe ſuperlatiui a poſitiuo tertie declinationis

In terna forma ſimus addes cum genitiuo:

Dicit A. ꝙ in tertia declinatiõe ſuplatiui formãtur a gtõ ſinglari poſitiui. vt fortis fortis addita ſimus fit fortiſſimus.

Sed tamen r recti vult ſibi rimus aſſociari:

Dicit ꝙ ſi nominatiuᷓ tertie declinationis deſinit in r. tunc debemus ei addere rimus formãdo ſuperlatiuũ. vt acer acerrimus. pauper pauperrimus.

Facilis
Agilis
Gracilis
Humilis
Similis

Dant tibi quinqꝫ limus: quę ſignat dictio fagus
Et ſua compoſita.

Dicit A. ꝙ qnqꝫ ſuplatiua formãtur i limᷓ q̃ ſignat hec dictio fagᷓ. In q̃ dictiõe ſũt qnqꝫ lr̃e. ſ. f. a. g. u. s. ꝑ f intelligitur facilis facillimᷓ. ꝑ a agilis agillimᷓ. ꝑ g gracilis gracillimᷓ. ꝑ u humilis humillimᷓ. ꝑ s ſimilis ſimillimᷓ. Et debet illa ſuplatiua ſcribi ꝑ duplex l. formãtur eni ſm Priſcianum a gtõ poſitiui is remota ⁊ addita lis. Et cõpoſita predictorum nominum, etiam habent limᷓ in ſuperlatiuo.

De formatiõe ſuperlatiui a poſitiuo impꝛio.

Dat remus ſupra: cui poſt ſociatur et extra:

Dicit ꝙ iſte prepoſitiões ſupra pᷓ ⁊ extra. faciũt ſuplatiuũ in remᷓ. vt ſupra ſupmᷓ. poſt poſtremᷓ extra extremus.

Solus erit minimus: faciunt ximus prope magnus.

Dicit ꝙ inueñitur ſolũ ſuplatiũ in nimᷓ: vt minimᷓ. Prope vo ⁊ magnᷓ faciũt in ximᷓ vt ꝓpe ꝓximᷓ magnᷓ maximᷓ. Conſtrue. Iſte gradus minimus erit ſolus quia non inuenitur alius gradus cõ ſimilis terminationis. qꝫ pro ⁊ ꝓpe ⁊ magnus faciunt in ximus.

Datqꝫ timus citra bonus intra iungitur vltra

Dicit ꝙ iſte dictiones citra bonus intra vel vltra faciunt ſuperlatiuũ in timus vt citra citimus. bonus optimus. infra infimus. ⁊ vltra vltimus.

Infimus eſt ſolus: de pridem fit tibi primus.

Dicit ꝙ ſuperlatiuus gradus de infra facit infimus. ⁊ eſt ſolus. quia nõ inuenitur alius ꝯſimilis. primus vo eſt ſuperlatiuum de pridem.

De compatiõe irregulari quãtum ad comparatiuũ ⁊ ſuperlatiuum

Res bona res melior res optima: res mala peior
Peſſima: res magna res maior maxima rerum:
Parua minor minima: dic multus plurimus: addes
Plus pluris neutro: totum plurale teneto.

Hic A. docꝫ cõpare iſta nomina. ſ. bonᷓ malᷓ magnᷓ ⁊ puus. lr̃a ẽ clara. Deĩde docꝫ compare hoc nomẽ multᷓ dicẽs. Dic multᷓ plurimᷓ. addes plus plurˀ neutro ⁊c. q̃ſi dicat ꝙ hoc nomẽ multus carꝫ cõpatiuo ſinglari in maſ. ⁊ fe. gñe. ſꝫ ſolũ hꝫ cõpatiuũ in neutro gñe. ſ. in ntõ ⁊ gtõ. vt multᷓ plurimᷓ. multa plurima. multũ plus plurimũ. gtõ multi plurimi. mlte plurime. multi plurˀ plurimi. In plali ꝑ oia genera ⁊ ꝑ oẽs caſus ⁊ ꝑ oẽs g̃dus cõpatur. vt plaliter ntõ multi plures plurimi. multe plures plurime. multa plura plurima. genitiuo ⁊ cetera. Ideo dicit totum plurale teneto.

De compatiõe irregulari in q̃ non eſt comparatiuus niſi per ſuppletionem

I vel u ſi pręit vs: ſequitur magis et poſitiuus:
Strenuus et dubius pius arduus egregiuſqꝫ
Aut u ſi pręit is: tenuis fiat tibi teſtis:

Hic dicit A. ꝙ ſũt aliq̃ noia q̃ nõ hñt cõpatiuũ niſi ꝑ ſuppletionẽ huiᷓ aduerbij magˀ ⁊ poſitiui ſui Et ſunt illa q̃ hñt i vel u añ vs. vt piᷓ magˀ piᷓ. arduᷓ magˀ arduus. Vel que habent v ante is. vt tenuis magˀ tenuis. Textus eſt clarus ⁊ planus.

Hic auctor ponit quedam notabilia.
Primum notabile.

Voce gradus medij ſuperant primos: niſi quini
Iunior et maior peior prior et minor: iſta
Et non plura ſuis equalia ſunt poſitiuis.

Dicit A. ꝙ noia cõpatiua hñt ſupare ſua poſitiua niſi iſta qnqꝫ. ſ. iunior ⁊ maior peior prior ⁊ minor. q̃ ſunt eq̃lia ſuis poſitiuis. Cõſtrue ſic igitur. medij g̃dᷓ. i. cõpatiui ſupãt primos. i. primitiuos voce vna. niſi qni. i. qnqꝫ g̃dᷓ. q̃ in lr̃a ponũtur. ſ. iunior maior peior prior ⁊ minor. iſta enim comparatiua ⁊ non plura ſunt equalia ſuis poſitiuis.

# De generibus nominum

Credo gradus ſummos collatis ꝯnumerandos

Dicit Auctor. Credo gradus ſummos. id eſt ſuperlatiuos. ꝯnumerandos id eſt coadequandos. collatis id eſt comparatiuis. quia ſicut cõparatiuus excedit poſitiuum vna ſyllaba. ſic ſuperlatiuus excedit comparatiuũ vna ſyllaba. ⁊ per conſequens ſuperat poſitiuũ duabus ſyllabis.

Secundum notabile.

Si gradibus ſummis fiat collatio: debet
Rebus in exceſſis excedens participare.
Congrua non eſt hec: fortiſſimus eſt leo lincum.

Tertium notabile.

Dicit Auctor ꝙ ſi ſuplatiuum ponatur in ꝯſtructione. vtrunqꝫ extremũ debet participare in eadẽ ſpecie. vt Petrus eſt fortiſſimꝰ hominũ. Sed ſi dicatur leo eſt fortiſſimus hominũ. non congrue dicitur. quia leo non eſt d̃ ſpecie hominũ. Ideo ſubdit dicens. congrua. i. competens vel ꝯueniens non eſt hec. fortiſſimus eſt leo lincum. qꝛ leo nõ eſt de ſpecie lincum. ⁊ linx eſt lupus ceruarius.

In quantum potero de nomine quolibet in quo
Ponatur genere: preſens eſt cura docere.

Capitulũ quartum eſt de generibus nominũ. Et primo per regulas gñales.

Hoc eſt quartum capitulũ. in quo auctor determinat de generibꝰ nominũ ſeu articulatarum dictionũ. Et dicit ꝙ preſens cura eſt docere in preſenti capitulo de genere. id eſt cuiꝰ generis ſit quodlibet nomen.

Sed quia per ſexum mulierum ſiue virorum
Noſcuntur propria: non eſt mihi dicere cura.

Prima regula de ꝓprijs nominibus hominũ

Dicit magiſter ꝙ nõ eſt ſibi cura dicere de nominibꝰ viroꝝ ſeu mulierum. quia per ſexum cognoſcuntur. vt patet.

Attendas hominũ que nomina ſiue locorum
Hec ſexu gemino ſua deriuata locanto.

Secunda regula de deriuatis a nominibus proprijs hominum et locorum.

Dicit ꝙ deriuata a nominibꝰ hominũ ⁊ locoꝝ ſunt generis cõmunis. vt a priſcianꝰ hic ⁊ hec priſcianiſta. ⁊ a ianua hic ⁊ hec ianuenſis. Conſtrue ſic. Tu attendas. i. ꝯſideres q̃ ſunt nomina hominũ ſiue locorum. hec locanto ſua deriuata in gemino ſexu. id eſt in cõmuni genere.

Et ſi diuiſim tibi declinatio monſtret:
Vt grecus greca: tanto leuius tibi fiet.

Quia poſſet aliquis dicere ꝙ iſta nomina florentinꝰ lombardus grecus ⁊c̃. non ſunt gñis cõis. ſꝫ per tres voces declinantur. ⁊ tñ ſunt deriuata locoꝝ. Reſpondet ⁊ dicit. ꝙ qñ inueniũtur talia nomina nõ ſunt intelligẽda ſubeſſe ꝑdicte regule. ſꝫ facilꝰ cognoſcuntur ꝑ hoc. ſ. ꝙ mouẽtur de gñe in genꝰ. Conſtrue ſic. Si declinatio monſtret tibi diuiſim. i. ſub diuerſ terminationibꝰ. vt grecus ca. cũ. tanto leuiꝰ fiet tibi cognoſcere genꝰ. qꝛ ſb vna terminatiõe erit cõmunis gñis ſub alia neutri. vel ſub vna erit maſculini. ſub alia feminini. ſub alia neutri.

Quedam ſunt opera ſolis maribus adhibenda.

Tertia regula de nominibus officiorum.

Dicit Auctor ꝙ quedam nomina officiorum ſunt danda ſolis maribus. vt papa pontifex. ⁊ ſunt generis maſculini.

Quedam femineis: quedam dat ſexus vterqꝫ
Inde genus poterit per nomina multa patere.

Dicit ꝙ ſunt quedam nomina officiorum pertinentia ſolis mulieribus. ⁊ illa ſunt generis feminini. vt obſtetrix puerpera. Et quedam ſunt indifferenter ꝯuenientia maribus ⁊ feminis. ⁊ illa ſunt generis cõis. vt hic ⁊ hec lixa pro coquo. hic ⁊ hec antiſtes. hic ⁊ hec ſacerdos. hic ⁊ hec dux.

Quarta regula de nominibꝰ fluuiorum.

Que fiunt propria fluuiorum: pone marina.

Dicit ꝙ ꝓpria nomina fluuiorum ſunt generis maſculini. Conſtrue. tu pone marina. id eſt. maſculini generis. que fuerint ꝓpria nomina fluuiorum. vt hic padus. hic nilus. hic renus.

Quinta regula de nominibꝰ arborum

Nominis arborei vis hec ſibi vult ſociari.

Modo auctor dat regulam de nominibus arboꝝ dicens. ꝙ ſunt ge. fe. vt hec pirus. hec pomus.

Pro mare pone ſiler rubus dumus. ac oleaſter

Dicit ꝙ a dicta regula excipiuntur iſta que ſunt generis maſculini. vt hic ſiler. hic rubus. ⁊ eſt genus ligni ſpinoſi ⁊ dicitur rubus eo ꝙ fructus vel virgula eius rubeat. hic dumus ⁊ eſt ſpina vel potius collectio ſpinarum. hic oleaſter oliua ſilueſtris.

Proficit ad vitem ſiler hic: ſiler hoc dat odorem.

Dicit ꝙ hoc nomen ſiler dupliciter declinatur. ⁊ duo habet ſignificata. vt hic ſiler. arbor lenta ad ligandum vitem apta. ⁊ hoc ſiler ⁊ eſt herba que dicitur menta que dat odorem.

Sexta regula. de angelis.

Angelicum nomen dabit hic: ſed dicito neutra.
Plurali numero cherubin ſeraphinqꝫ beata:

Dicit ꝙ nomina angeloꝝ ſunt generis maſculini. vt hic Michael. ſed hec duo nomina cherubin et ſeraphin ſunt generl neutri pluralis numeri ⁊ indeclinabilia. vt pluraliter ntō hec cherubin pro choro angelorum. ſimiliter ſeraphin.

Eſt cherub cherubin cherubim. ſeraphin ſeraphim
Atqꝫ ſeraph.

Dicit Auctor ꝙ inuenitur hic cherub ⁊ hic cherubim pro nomine angeli. ⁊ hec cherubin plural numeri ꝑ choro āgeloꝝ. Et inuenitur hic ſeraph ⁊ hic ſeraphim ꝑ nomine āgeli. ⁊ hec ſeraphin pluralis numeri pro choro angeloꝝ.

Hecqꝫ dabit virtus dominatio ſiue poteſtas.

Dicit A. ꝙ iſta nomina angeloꝝ ſunt generl feminini. ſ. dñatio virtus ⁊ ptās. Conſtrue ſic. qꝫ ꝑ et dominatio virtus ſiue poteſtas dant hec. id eſt ſunt generis feminini.

Septima regula de idolis.

Idola dicta dei dant hic: gerit hec dea dictum.

Dicit magiſter ꝙ nomia idoloꝝ ad deos ꝑtinētia ſunt ge. maſ. vt hic ſaturnꝰ. ſꝫ ad deas ꝑtinētia ſunt ge. fe. vt hec venꝰ. Ordina ſic litterā. Idols dicta. i. idola nominata dei. i. ad morē deoꝝ dāt hic. i. genꝰ maſculinū. Supple idolū dictuꝫ dea. i. noiatū ad morē dee gerit hec. i. genꝰ femininuꝫ

Octaua regula de nominibꝰ volucrum.

Nominibus volucrum nequit vt credo generalis
Norma dari: tamen eſt nature ſexus in illis:
Hec niſi gallina vel gallus ſunt epicena.
Articulus nanqꝫ ſexum dabit vnus vtrunqꝫ.
Maſqꝫ columbus erit: muliebre columba tenebit.

Dicit A. ꝙ de nominibꝰ auium non poſſit dari regula gñalis. tamen ſexus nature eſt in illis. quoniam alique ſunt mares alique femine. ſed hoc difficulter cogſcitur. Deinde ſubdit ꝙ hec nomina ſunt epicena. i. ꝑmiſcui generis. niſi gallus quod eſt ge. maſ. ⁊ gallina feminini. Deinde declarat qd ſit genꝰ epicenū dicens. ꝙ illa nomina ſunt epicena. i. ꝑmiſcui generl que ſub vno articulo comphendunt animalia vtriuſqꝫ ſexus. vt hic miluus auis rapaciſſima ⁊ quaſi ſemper domeſticis auibꝰ inſidians. Et iō dicit Articulꝰ nāqꝫ ⁊c. Deinde dicit ꝙ colūbꝰ ē ge. maſ. ⁊ colūba fe.

Nona regula de nominibꝰ numeralibus.

In triplici genere numeralia nomina pone.
Que ſunt mobilia per ſe fiunt manifeſta.

Dicit ꝙ nomina numeralia ſunt omnis generis. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc q̄ttuor. Sed illa nomina mobilia. i. per duas vel tres voces declinata ꝑ ſe fiūt māifeſta. vt hi duo. he due. hec duo. hi ⁊ he tres et hec tria. hic vigeſimꝰ. hec vigeſima. hoc vigeſimū.

Decima regula de barbarl et grecis.

Barbara greca genus retinent quod habere ſolebant.

Dicit ꝙ nomina barbara ⁊ greca ſunt illius generis apud latinos: cuius erāt apud eos grecos ⁊ barbaros. vt libye ilion ⁊ tenedos.

Epilogatio

Debes in mente generalia dicta tenere
Et ſic excipere: quia non decet hec iterare.
Debent ex omni norma generalia demi:

Dicit A. ꝙ regule gñales ꝑdicte debent in mēte retineri tanqꝫ exceptiōes a ſeqntibꝰ regul ſpecialibꝰ qr amplīꝰ nō intendit ea reiterare. Iō ſubdit ꝙ gñalia ꝑdicta debent demi. i. excipi ex omni norma ſequenti.

De generibus nominum per regulas ſpeciales.

Sit tibi nomen in a muliebre: ſed excipe plura.

Dicit A. ꝙ nomina terminata in a ſunt ge. fe. vt hec muſa. Deinde ponit exceptionē dicens. ſed excipe plura. i. pluraliter declinata. vt pluraliter ntō hec arma que ſunt generis neutri. Aliqui dicunt excipe plura. id eſt multa nomina ſicut inferiꝰ patebit.

Quod declinatum dat tertia ſit tibi neutrum.

Dicit A. ꝙ nomina tertie declinatiōis in a terminata ſunt generis neutri. vt hoc thema themat hoc baptiſma baptiſmatis. hoc chriſma chriſmatis. hoc doma domatis.

Deriuata decet et compoſitiua notare.

# De generibus nominum

Nomina ſignari debent ſimul officiorum.
Si ſexu gemino iungunt ſua ſignificata
Omnibus his hic et hec iungatur: et hac ratione
Quod colo componit cōmune locare decebit:
Quodq; facit gigno: pincerna lixaq; iungo
Aduena ſiue ſcytha: ſed ſi mas pręſit in iſtis
Ut grecus tubicen: erit a tantum muliebre

Dicit Auctor ꝙ a regula p̄dicta excipienda ſunt nomina deriuatiua. vt hic ⁊ hec heremita. q̄d de/riuatur ab heremus heremi. Et etiam nomina compoſita. vt hic ⁊ hec conuiua. quod componitur ex con ⁊ viuo. hic ⁊ hec conuena: quod componitur ex cō ⁊ venio. Et nomina officioꝝ debent ſimul ſignari. i. excipi. vt hic ⁊ hec verna. Et ſi iſta nomina iungunt ſua ſignificata in gemino ſexu. ita ꝙ ſub vna voce importent maſculum ⁊ feminā. hic ⁊ hec iungatur omnibus his. id eſt eis attribuat cōmune genus. Deinde magis declarat dicens. Et hac ratione. id eſt p hanc rationē antedictam compoſita de colo colis ⁊ gigno gignis ſunt generis cōmunis. vt hic ⁊ hec agricola. id eſt ille vł illa qui vel que colit agrum. ⁊ hic ⁊ hec celicola. i. ille vel illa qui vel quē habitat in celo. ⁊ hic et hec terrigena. i. ille vel illa qui vel que de terra ortus vel orta eſt. Iungo etiā predictis illa nomina pincerna ⁊ lixa q̄ ſunt generꝭ cōis. Similiter aduena ſiue ſcytha nom̄ gētile. Sed ſi mas. i. maſculina terminatio preſit. id eſt p̄ponatur feminine terminationi in iſtis p̄dictis nominibus. a id eſt illa dictio in a terminata erit tantum muliebre. id eſt feminini generis. vt hic grecus hec greca. ⁊ greca eſt generis feminini. ⁊ hic tubicen hec tubicena. Tubicena eſt generis feminini. Tubicen eſt ille qui canit cū tuba. Tubicina eſt mulier que canit cū tuba. Quidam dicūt ꝙ declinatur tubicen na. num. ſed non eſt verum. quia non habemus aliquod nomen ſecunde declinationis terminatū in en. immo declinatur. ntō hic tubicen. gtō huiꝰ tubicinis. et ntō hec tubicina. Itē aliqui dicunt ꝙ auctor ponat in littera illa nomina pincerna ⁊ lixa, p exemplis de nominibus officioꝝ. ⁊ hoc nomen aduena, p exemplo de compoſitis. ⁊ hoc nomen ſcytha, p exemplo in deriuatis. Et dicūt ꝙ nomina compoſita a colo ⁊ gigno comprehendantur ibi. ⁊ compoſitiua notare

Si ſolis maribus datur hic tenet: vt patriarcha

Dicit ꝙ ſi nomen officij ptinet ad ſolos mares eſt generis maſculini. vt hic patriarcha. hic papa⁊ Sed ſi ſolum ptinet ad mulieres eſt feminini generis. vt abbatiſſa. prioriſſa

Non eſt verbigena niſi chriſtus vera ſophia

Quāuis Auctor dixerit ꝙ compoſita de gigno gignis ſunt generis communis. tamen dicit ꝙ ver/bigena eſt generis maſculini. ⁊ pertinet ad ſolum chriſtum

Mannaq; neutrale cum paſca dicitur eſſe.
Mammona ſic dices neutrum: muliebre polenta

Dicit Auctor ꝙ hec duo nomina ſcʒ manna ⁊ paſca ſunt generis neutri. Et etiam hoc nom̄ mam/mona. id eſt deus diuitiarum eſt generis neutri. ſed polenta eſt muliebre. id eſt generis feminini. ⁊ eſt genus leguminis. vel farina ſubtilis de fabis vel de tritico vel de hordeo. vel quidam cibꝰ inde factus dicitur polenta.

Cetaq; balena muſtela talpaq; dama
Articulo ſexum ſignant vtrunq; ſub vno
Et pantera ſimul pręd ictis annumerabis

Dicit ꝙ iſta nomina ſcʒ hec ceta. hec balena. hec muſtela. hec dama. hec talpa. ſignificant vtrunq; ſexum ſub vno articulo. quaſi dicat ſunt generis promiſcui. ⁊ etiam hoc nomen pantera eſt gene/ris promiſcui. ⁊ eſt animal multum coloratum

Neutrum nomen in e facit: vt preſepe cubile.

Dicit ꝙ nomina in e terminata ſunt generis neutri. vt hoc preſepe. ⁊ hoc cubile

Adiectiua notes: hęc barbara gręcaq; poſcunt.

Dicit ꝙ nomina adiectiua in e terminata ſunt notanda. quia non ſemper ſunt generis neutri. ſed aliquando maſculini. vt quiſque vterque. quicunque. aliquando feminini. vt queque vtraq;. aliquando omnis vt quinq;. mille. Deinde dicit ꝙ barbara ⁊ greca in e deſinentia poſcunt hunc articulum hec. id eſt ſunt generis feminini. vt hec ſynecdoche. hec libye. hec phebe. ⁊ ſimilia.

Neutrum plurale ſit cete recollige tempe

Dicit ꝙ iſta duo nomina cete ⁊ tempe ſunt generis neutri numeri pluralis ⁊ indeclinabilia. Ut pluraliter ntō hec cete. id eſt piſcis marinꝰ magnꝰ. ⁊ pluraliter ntō hec tempe. i. loca delectabilia.

I I neutrum ponis tamen adiectiua notabis.
Dicit ꝙ nomina in i terminata ſunt generis neutri. vt hoc gumi. ſinapi. Tamen tu notabis adiectiua. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc huiuſmodi. que ſunt omnis generis

O O ſicut cento maribus ſociare memento
Dicit ꝙ nomina in o terminata ſunt generis maſculini. vt hic cento huius centonis. id eſt miliū vel aliud ſemen centum grana producens in quolibet germine

Do Go Que dant do vel go bene ſignes: ſi tamen ex o
Obliquus facit i: que poſcunt hec ſibi ſubdi
Dicit Auctoꝛ ꝙ a predicta regula excipiuntur nomina terminata in do ⁊ in go. que mutant o in i in genitiuo. q̄ꝛ talia poſcunt hunc articulum hec ſibi ſubdi. id eſt ſunt generꝭ feminini. vt hec dulcedo. huius dulcedinis. ⁊ hec caligo huius caliginis

Hic recipit cardo margo ſociatur et oꝛdo
A predicta exceptione excipiuntur iſta ſcilicet cardo cardinis. margo marginis. oꝛdo oꝛdinis. Nam licet deſinant in do ⁊ in go. ⁊ mutent o in i in genitiuo. tamen non ſunt generis feminini. ſ masculini

Omne dabit pſeudo pꝛeſto: dabit hoc tibi pondo
Dicit Auctoꝛ ꝙ iſta nomina ſcʒ pſeudo ⁊ pꝛeſto ſunt generis omnis. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc pſeudo. id eſt decipiens vel falſus. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc preſto. id eſt pꝛomptus vel paratus. Deinde dicit ꝙ hoc nomen pondo dabit hoc. id eſt genus neutrum. vt hoc pondo. huius pondo. indeclinabile. id eſt pondus vel quidam moꝛbus

Eſt cōmunis homo pariter cum virgine latro
Dicit ꝙ homo virgo ⁊ latro ſunt generis communis

Io Hec dat verbale per io: caro talio iungo.
Dicit Auctoꝛ ꝙ nomina verbalia deſinentia in io ſunt generis feminini. vt lectio lectionis. Caro etiam facit carnis ⁊ eſt generis feminini. Similiter ⁊ talio quod eſt repenſatio in malo vel mala remuneratio. vt qui pede percutit pede percutiatur. ⁊ qui oculo pꝛiuabit oculo pꝛiuetur

Articulum mutat: et triplicat vnio ſenſum
Dicit Auctoꝛ ꝙ hoc nomen vnio habet triplex ſignificatum. ⁊ ſm̄ hoc variat articulum. Nam aliquando idem eſt quod punctus ſolus decẏ. ⁊ tunc variatur per hic. ⁊ ſimiliter quando eſt lapis p̄cioſus. Aliquando idem eſt quod coniunctio. ⁊ tunc variatur per hec. Unde verſus. Hic lapis hic punctus. hec vnio pꝛoximitaſqꝫ

U C D T U c d vel t neutris debes ſociare.
Dicit Auctoꝛ ꝙ terminata in u in c in d ⁊ in t ſunt generis neutri. vt hoc coꝛnu. hoc lac. qd̄. quid. ⁊ hoc caput

Quot tot dat omne genus: et que nos de tot habemus.
Quia dixit ꝙ deſinentia in t ſunt generis neutri. ideo excipit quot ⁊ tot. dicens ꝙ ſunt generꝭ omnis cum eoꝛum compoſitis. vt quotquot ⁊ totidem

Al Sit tibi nomen in al neutrum: ſic pone tribunal.
In hac parte Auctoꝛ dicit ꝙ deſinentia in al ſunt generis neutri. vt hoc animal. ⁊ hoc tribunal. et eſt ſedes in qua redditur ius

Hic ſal hocqꝫ dabit: neutrum plurale carebit
Auctoꝛ excipit a regula predicta hoc nomen ſal dicens. ꝙ aliquā do eſt generis maſculini. ⁊ ſic excipitur ⁊ variatur in plurali. vt pluraliter nominatiuo hi ſales. ⁊ ſic ſignificat in ſingulari ſapiētiam. ⁊ in plurali reꝑhenſiones. aliquando eſt generis neutri. et ſic non excipitur. ⁊ caret numero plurali. ⁊ ſic ſignificat condimentum oꝛis

El El neutrum pono: ſed pꝛopꝛia nomina tollo.
Dicit ꝙ nomina terminata in el ſunt generis neutri. vt hoc mel. ſed pꝛopꝛia nomina excipiuntur vt rachel nomen femine

Il Il dabit hoc: demas hic et hec vigil: pugil eſt mas
Dicit ꝙ terminata in il ſunt generis neutri. vt hoc nil. Demas id eſt excipias hic ⁊ hec vigil qd̄ eſt generis cōmunis. ⁊ hoc nomen pugil eſt mas. id eſt generis maſculini.

Ol Ol tenet hic vt ſol: dicetur femina michol.
Dicit ꝙ deſinētia in ol ſunt generꝭ maſculini. vt hic ſol. michol dicetur femina. i. generꝭ feminini.

Ul Ul dat hic vt conſul: hic et hec dant preſul et exul

Dicit ꝙ deſinentia in ul ſunt generꝭ maſculini. vt hic conſul. ſed ꝓſul ⁊ exul ſunt generꝭ cõmunis.

**Omne genus dabit am: ſic debes ponere nequam.** Am

Dicit ꝙ terminata in am ſunt generis omnis. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc nequã. i. malus prauus vel miſer

**Tantundem neutro: totidem plurale fit omnis** Em

Dicit ꝙ tãtundem. id eſt tm̃ idem. vel tm̃ quãtũ illud. vel tam magnũ. eſt generis neutri. ⁊ totidẽ id eſt totidem. vel eiuſdem numeri. vel tam multũ. eſt generis omnis ⁊ pluralis numeri

**Um neutrum facies: mulierum nomina ſignes** Um

Dicit Auctor ꝙ nomina terminata in um ſunt generis neutri. vt hoc ſcamnum. Nomina mulierum excipiuntur. quia ſunt generis feminini. vt dorcium ⁊ philorcium.

**Hic dat nomen in an: teſtis fiet tibi titan** An

Dicit Auctor ꝙ terminata in an ſunt generis maſculini. vt hic titan. id eſt ſol

**En dabit hoc: ſed ren dabit hic pecten ſimul et ſplen** En
**Atq; lien: et eis iungas que de cano formas.**
**His adiungas hymen**

Dicit ꝙ terminata in en ſunt generis neutri. vt hoc nomen. Sed ren pecten ⁊ ſplen atq; lien ſunt generis maſculini. ⁊ iũgas eis illa que tu formas de cano canis. vt tubicen. id eſt ille qui canit in illo inſtrumento quod dicitur tuba. ⁊ etiam adiungas his predictis hymen. Nota hymen quattuor ſignificat. Uno modo ſignificat preſbyterꝫ. Secundo modo ſignificat deum nuptiarũ. Tertio modo ſignificat pelliculam que eſt in matrice mulieris vbi concipitur puer. Quarto modo ſignificat totum cantum factum in nuptijs. Unde pro tribus primis ſignificatis eſt maſculini generis. ſed ꝓ alio ſignificato ſcꝫ ꝓ cantu facto in nuptijs eſt generis neutri

**Hec retinet ſiren: habet hic faciens ſacra flamen**

Dicit ꝙ ſiren monſtrum marinum eſt generis feminini. flamen vero ꝓ ſacerdote iouis eſt generꝭ maſculini. ⁊ hoc eſt quod dicit. faciens ſacra flamen

**In dabit hic: vt delphin: nec talia multa ſuperſunt** In

Dicit ꝙ terminata in in ſunt generis maſculini. vt hic delphin. ⁊ eſt piſcis

**On maribus iunges: tamen inde localia demas** On

Dicit ꝙ terminata in on ſunt generis maſculini. vt hic demon. Nomina localia excipiuntur que ſunt generis feminini. vt hec babylon. ⁊ ſunt aliquando generis neutri. vt hoc ilion.

**Que dia ſiue gera componunt: ſint tibi neutra**

Dicit ꝙ compoſita de dia ſiue gera ſunt generis neutri. vt hoc diateſſeron. quod eſt ſpecies cant⁹. ⁊ eſt ſymphonia ꝗ ꝯſtat ex duobus tonis ⁊ ſemitonio. ⁊ habet quattuor ſonos. ⁊ hoc diapaſon. ⁊ eſt muſice artis ſymphonia conſtans ex quinq; tonis ⁊ duobus ſemitonijs. habet em̃ octo voces. et hoc geralogodion quod eſt vocabulum medicorum. ⁊ eſt medicina curans impeditaꝫ locutionẽ ex quacunq; cauſa

**Ponis nomen in ar neutrum: ſotular dat hic et lar** Ar

Dicit ꝙ terminata in ar ſunt generis neutri. vt torcular. Deinde ponit exceptionem dicens. ſotular ⁊ lar dant hic. id eſt maſculinum genus.

**Sed tria dant genera par et ſua compoſitiua**

Ponit aliam regulam ⁊ exceptionem dicens ꝙ par ⁊ ſua cõpoſita ſunt generis omnis. vt impar. compar. ⁊ diſpar.

**Er maribus detur: iter hoc veſperq; ſequetur** Er
**Spinter ſeu ruder: decet his adiungere iuger.**

Dicit Auctor ꝙ nomina in er terminata ſunt generis maſculini. vt hic liber. Iter ⁊ veſper excipiũtur qꝛ ſunt generꝭ neutri. Spinter etiã. qđ; idẽ eſt qđ fibula vel clau⁹ fibule. ⁊ ruder qđ idẽ eſt qđ ſtercus aſini vel ramus de vite reciſus vt aliqui dicunt. Alij dicunt ruder idem eſt qđ ſterc⁹ caprinum. ⁊ dicitur a ruo ruis. quia ruendo cadit. Iuger etiam his adiungitur. qꝛ eſt generꝭ neutri. vt hoc iuger. ⁊ eſt tantum ſpacium terre quantum arare poteſt par boum in vna die

**Campeſter volucer alacer pedeſter equeſter**
**Silueſter celeber acer celerq; ſaluber**
**His in bis quinq; tenet hic er hec is et hoc e.**
**Hatq; ſequeſter idem: quod terne ſiue ſecunde**
**Sicq; paluſter erit: hic et hec alacris retinebit**

Dicit Auctor ꝙ in his biſquinqꝫ nominibus ſupradictis iſta terminatio er ponitur in maſculino tantum. is in feminino. ⁊ e in neutro. Quaſi diceret ꝙ debet variari ꝑ tres articulos ⁊ tres voces. vt hic campeſter. hec ſtris. ⁊ hoc ſtre. Sed dicit ꝙ hoc nomen ſequeſter poteſt eſſe ſcđe ⁊ tertie declinationis. quando eſt tertie declinatur hic ſequeſter. hec ſtris ⁊ hoc ſtre. quando eſt ſcđe declinatur ſequeſter ſtra. ſtrum. Paluſter etiā declinatur eodem modo. id eſt ſtans in paludibus. Alacris poteſt eſſe generis cōmunis. vt hic et hec alacris ⁊ hoc cre. ⁊ hoc dicit quia ſuperius dixerat ipſuꝫ eſſe generis feminini Ibi. hic er. hec is. ⁊ hoc e. vt hic alacer hec alacrꝪ ⁊ hoc alacre. ⁊ hoc eſt quod dicit. hic ⁊ hec alacris retinebit.

**Tertia dans ver ber dabit hoc: tamen hic dabit imber**
**Et ſua compoſita: ſunt adiectiua notanda.**

Dicit Auctor ꝙ nomina tertie declinationis terminata in ver ⁊ in ber ſunt generis neutri. vt hoc cadauer. hoc vber pro mamilla. tamen imber ⁊ eius compoſita ſunt generis maſculini. vt hic imber. ⁊ hic ſeptember. hic october. hic nouember. ⁊ hic december. tamen adiectiua ſunt notanda. vt celeber quod eſt generis maſculini. etiam ſaluber.

**Sexum plura notant: ſicut mater mulierqꝫ.**

Dicit ꝙ plura nomina diſcernuntur per ſexum. ſicut mater et mulier que ſunt generis feminini

**Fetibus hoc terrę dat tertia: deme cucumer.**

Dicit ꝙ nomina tertie declinationis fetibus terre conuenientia ⁊ in er deſinētia ſunt generꝪ neutri. vt hoc papauer. hoc piper. hoc cicer. ſed excipitur cucumer quod eſt generꝪ maſculini per regulam. Er maribus detur.

**Et commune notes: ſicut ſunt puber et vber**
**Degener et pauper: hęc lynter dicere debes.**
**Pluribus ex iſtis ſociari neutra videbis**

Dicit Auctor ꝙ aliqua nomina in er deſinentia ſunt generis cōmunis. vt hic ⁊ hec puber. id eſt iuuenis. vber. id eſt abundans. hic ⁊ hec degener. id eſt ruſticus. hic ⁊ hec pauper Tu debes dicere hec lynter. id eſt parua nauis. Unde priſcianus libro quinto. Lynter quoqꝫ apud grecos maſculinū eſt. apud noſtros femininum. Liuius in ſexto Iam in altum expulſa lyntre. Deinde dicit ꝙ tu videbis neutra ſociari pluribus ex iſtis nominibus ſupradictꝪ. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc vber Et habetur exemplū de pauper in Lucano. lis eſt de paupere regno. Et in virgilio in bucolicis. PauperꝪ ⁊ tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Ir **Ir maribus detur: ir neutris aſſocietur.**

Dicit ꝙ in ir terminata ſunt generis maſculini. vt hic vir. Excipitur hoc nomen ir quod eſt generis neutri. vt hoc ir. id eſt palma manus

**Eſt hic et hęc martyr: hoc debes dicere gaddir.**

Quaſi dicat ꝙ martyr eſt generis cōmunis. ⁊ gaddir nomen ciuitatis in hiſpania eſt gn̄is neutri

Or **Or maribus ſocia: ſed plurima ſunt retrahenda.**

Dicit ꝙ deſinentia in or ſunt gn̄is maſculini. vt hic dolor. ꝟ plura excipiēda ſunt. vt patebit infra

**Omne memor iungit: quod comparat ad duo tranſit.**

Dicit ꝙ memor eſt generis omnis. Et comparatiua in or deſinentia ſunt generis cōmunis. vt hic ⁊ hec melior. Ideo dicit quod comparat. i. quod eſt comparatiuū trāſit ad duo ſcꝫ genera. vt hic ⁊ hec fortior. ſenior eſt generis maſculini tantum. ideo ſubdit ꝑ modum exceptionis dicens

**Mas tantum ſenior: dices tamen hic et hęc auctor.**

Dicit ꝙ ſenior quamuis ſit comparatiuum tamen eſt generis maſculini. Auctor eſt gn̄is cōis.

**Equor ador marmor et cor ſunt neutra: ſed arbor**
**Hęc tenet: atqꝫ ſoror ſexu noſcuntur et vxor.**

Dicit ꝙ iſta nomina equor ador marmor ⁊ cor ſunt generis neutri. Sed arbor eſt generis feminini. Atqꝫ pro et iſta nomina ſcꝫ ſoror ⁊ vxor noſcuntur ꝑ ſexum. qꝛ ſunt generis feminini

**Quę color atqꝫ decor formant corpuſqꝫ notemus.**
**Horum compoſita cōmuni generi ſunt ſocianda.**

Dicit ꝙ notare debemus nomina que componuntur cum his nominibus ſcꝫ color vt decolor. id eſt ſine colore. bicolor. id eſt duorum colorum. cum decor vt indecor. id eſt ſine decore. cum corpꝰ. vt bicorpor. id eſt duorum corporum. que ſunt generis communis.

Ur **Nomen quod fit in ur dabit hoc: teſtis tibi murmur**
**Multus erat murmur veteres quoqꝫ ſic poſuere.**

Dicit ꝙ in ur terminata ſunt generis neutri vt hoc murmur. Tamen reperitur generis maſculini vt in ſacris ſcripturis Johannis. vij. Et murmur multus erat in turba de eo.

**Si t vel x preit ur aut f: hic ei ſocietur.**
**Dum ſit gentile tamen aut auium ſpeciale.**

Hic ponit exceptionem a regula pꝛedicta dicens. ſi hec littera t vel x vel f ſit ante ur tunc illud tale eſt generis maſculini. dum tamen ſit gentile. vt anxur nomen loci vel populi. aut auium ſpeciale vt vultur ⁊ furfur. Et nota ꝙ furfur aliquando eſt purgamentum farine. ⁊ ſic eſt generis neutri. aliquando eſt nomen auis. ⁊ ſic variatur per hic. Verſus. Furfura qui dixit ſemper de furfure vixit. Reprehenditur numerus non genus. vnde furfur, put eſt neutri generl caret plurali numero.

**Hic aut hec turtur: quod fertur piſcis et auis.**

Quaſi dicat ꝙ turtur poteſt variari ꝑ hic. ⁊ ſignificat piſcem. ⁊ per hec ⁊ tunc ſignificat auem. Unde verſus. Turtur inheret aquis. turtur ſecat aera pennis

**Hic aut hoc furfur: tamen adiectiua notentur**
**Que ſexu gemino iungunt ſua ſignificata:**
**Jungere dicuntur hic et hec vt fur ligur augur**
**His datur hec noꝛma que declinat tibi terna**

Dicit ꝙ furfur poteſt declinari per hic ⁊ per hoc vt ſupꝛa. Deinde dicit ꝙ adiectiua que iungūt ſua ſignificata in gemino ſexu. id eſt que pertinent ad mares ⁊ mulieres debent notari. quia ſunt generis cōmunis. Et hoc magis declarat dicens. hec nomina adiectiua dicuntur iungere ſibi hic et hec. hoc eſt dicuntur generis cōmunis. vt fur furis. id eſt latro. ligur liguris. id eſt aliquis vl' aliqua de liguria. augur auguris. qui vel que in garritu auium diuinat Deinde dicit ꝙ hec noꝛma datur de nominibus tertie declinationis ⁊ non de alijs. vt ſatur quod eſt generis maſculini cum ſit pꝛima vox adiectiui. vt ſatur ſatura ſaturum. Sciendum eſt ꝙ auctoꝛ dixit de adiectiuis ſignificatione ⁊ nō voce cum exemplificauerit de fur ligur ⁊ augur.

**Hec dat nomen in as: facit hic as vas vadis et mas.** As

Dicit ꝙ terminata in as ſunt generis feminini. vt hec pietas Deinde ponit exceptionem dicens. Facit hic as. id eſt ꝙ as eſt generis maſculini. id eſt obolus. ⁊ vas vadis. id eſt obſes vel fideiuſſoꝛ et mas. id eſt maſculus.

**Nomen gentile commune locatur vt arcas.**

Dicit ꝙ nomen gentile in as terminatum eſt generis communis. vt hic ⁊ hec arcas. ⁊ eſt aliquis vel aliqua de arcadia

**Que ſunt conciſa velut alpinas ſociantur.**

Dicit ꝙ nomina conciſa. id eſt ſyncopata terminata in as ſociantur pꝛedictis. quia ſunt generis cōmunis. vt hic ⁊ hec alpinas. id eſt habitans in alpibus. Et eſt conciſum ſeu ſyncopatum. qꝛ deberemus dicere hic ⁊ hec alpinatis. immo dicimus alpinas.

**Omne tenet nugas: nec declinabile credas.**

Dicit ꝙ nugas. id eſt loquax vel mendoſus eſt generis omnis ⁊ indeclinabile.

**Hic abbas pone boꝛeas primas gigas elephaſqꝫ.**

Dicit Auctoꝛ ꝙ abbas boꝛeas pꝛimas gigas elephas ſunt generis maſculini

**Hoc fas atqꝫ nefas retinent: et dicitur hoc vas.**

Dicit ꝙ hec duo nomina inuariabilia ſcilicet fas ⁊ nefas ſunt generis neutri. ⁊ etiaꝫ vas vaſis eſt neutri generis

**Es breuis hic ponit: ſeges et teges hec ſociabit** Es breuis
**Et compes. triplicat pes cetera que tibi foꝛmat:**
**Preter apes vel apis: quoniam reperitur vtrunqꝫ.**

Dicit ꝙ terminata in es bꝛeuem ſunt generis maſculini. vt hic limes limitis. Seges ⁊ teges. id eſt parua domus que ⁊ tuguriuꝫ dicitur ſociabit hec. id eſt erit generis feminini. Et compes ſociabit tibi hec. id eſt erit generis feminini. Triplicat pes cetera que tibi foꝛmat. id eſt compoſita a pes pedis ſunt generis omnis. vt bipes bipedis. preter apes vel apis quod eſt generis feminini. ⁊ componitur ab a ꝙ eſt ſine ⁊ pes. qꝛ pꝛimo naſcitur ſine pedibus. ⁊ poſtea accipit pedes

**Que duo dant ſignes: vt miles equeſqꝫ ſuperſtes**
**Diues hebes ſoſpes prepes teres et comes hoſpes**

**Inquies antiſtes ales: dic per tria deſes**
**Iſtorum multa legimus neutris ſociata.**

Dicit ꝙ illa nomina que ſunt generis cōis excipiunt ſcꝫ miles. eques. ſupſtes. i. remanēs viuus. diues. hebes. id eſt obtuſus. ſoſpes. id eſt ſanus. prepes. id eſt velox. teres. id eſt longus vel rotundus. hic et hec comes. id eſt ſocius. hoſpes clarum eſt. inquies. id eſt ſine quiete. antiſtes. id eſt ꝓlatus vel qui ſtat ante alios. ales. id eſt auis. Dic per tria deſes. i. eſt generis omnis. ⁊ idē eſt quod piger. Deinde dicit ꝙ multa iſtorum nominum vt ſupra reperiūtur aſſociata cum nominibꝰ neutri generis. vt diues monaſterium.

Es longa **Hec dabit es longe: verres hic debet habere.**

Dicit ꝙ terminata in es longā ſunt generis feminini. vt hec res ⁊ hec ſedes. Deinde ponit exceptionem dicens. Uerres debet habere hic. i. debet eſſe generis maſculini. Uerres dicitur porcus cū teſticulis. ⁊ dicitur a vires eo ꝙ magnas vires habeat. Inde verrinus na. nū. penul. ꝓdu. Itē verres ꝓpriū nomen cuiuſdā viri. Inde ſimiliter verrinus na. nū. Et he verrine narum. quidam liber quem cicero fecit contra verrem.

**Hic dabit hec de dies: dant hi tantummodo plures.**
**Cumqꝫ meri dabit hic: et patronymica iungis.**

Dicit ꝙ hoc nomen dies eſt generis incerti in ſingulari numero. ⁊ in plurali maſculini gener̄. vt ntō hic vel hec dies. pluraliter ntō hi dies. Et ſi componatur cum meri etiaꝫ eſt generis maſculini vt hic meridies. Et tu iungis etiam patronymica in es terminata que ſunt generis maſculini. vt hic priamides. id eſt filius vel nepos priami.

**Es quoqꝫ commune ceu ſunt heres locupleſqꝫ.**

Dicit auctor ꝙ nomen in es terminatum eſt etiam aliqñ cōmune id eſt generis cōmunis. ceu pro ſicut iſta duo videlicet hic ⁊ hec heres heredis. hic ⁊ hec locuples locupletis. Heres dicitur proprie filius heri. qꝛ hero ſuccedere debet in hereditate. licet ⁊ heredes dicantur alij qui in hereditatem ſuccedunt. Locuples. id eſt diues. ⁊ dicitur a locus et plenus. quaſi locis plenus. ⁊ plurimarum poſſeſſionum poſſeſſor.

Ies **Cum tenet i rectus ſuper es: et t genitiuus**
**Suſcipit: hic iungis: paries fiet tibi teſtis.**

Dicit ꝙ nomen terminatū in es i ꝑcedente ⁊ ſuſcipiens hāc lrām t in genitiuo eſt generis maſculini. vt paries parietis.

**Hec dicenda quies: hic pes: et dicitur hoc es.**

Dicit ꝙ quies eſt generis feminini. ⁊ eſt exceptio ab illa exceptione. Cum tenet i rectus. Deinde dicit ꝙ pes eſt generis maſculini. ⁊ es eris eſt generis neutri. Quies. id eſt tranquillitas vel pax. Pes dicitur a pos podis greco quod idem eſt quod pes. Et accipitur tripliciter ſcꝫ ꝓ membro cum quo ambulamus. vel ꝓ metrorum pede. vel ꝓ menſura. Pes in metro eſt ſyllabarum ⁊ tempoꝝ certa dinumeratio. Pes in menſuris agrorum. digitos quindecim habet. palmos quattuor. Es er̄l dicitur ab aer. eo ꝙ ſit eiuſdem coloris cum aere

Is **Hec dat nomen in is: tamen hic declino molaris**
**Caulis et edilis: et que creſcunt genitiuis:**
**X is prepoſita tenet hic: aut conſona bina**
**Unica dum teneat has: aut n littera: ſiue**
**In liquidam faciat penultima ſyllaba finem.**
**Ut lapis ac axis piſcis cinis vnguis et orbis.**

In hac parte Auctor determinat de generibus nominū terminatoꝝ in is. Et dicit ꝙ nomen in is terminatum dat hec. i. eſt generis feminini. vt hec nauis. Deinde ponit exceptionem dicens. Tñ hic declino molaris. quaſi dicat ꝙ molaris eſt generis maſculini. ⁊ etiam caulis ⁊ edilis que ſunt generis maſculini. ⁊ illa q̄ creſcunt in genitiuis etiā ſunt generis maſculini. vt lapis lapidis. Deinde dicit ꝙ illa que habent x ante is vt axis. polus rotaꝝ. ⁊ illa que habent duas ꝯſonantes añ is ita ꝙ ſunt in vna ſyllaba. vt piſcis. ⁊ illa que habent n lrām ante is vt cinis ⁊ panis. ⁊ illa quoruꝫ penultima ſyllaba terminatur in liquidam. vt vnguis ⁊ orbis. que omnia ſunt gener̄ maſculini. Molaris cōmunis generis ⁊ hoc molare ad molam ꝑtinens. ⁊ dicitur a mola. Et hic molaris. lapis mole. vel vñ fiunt mole. vel magnus ad modū mole. Et hic molaris dens maxillaris. qꝛ cibum in illis dentibus quaſi mola molimus. Caulis eſt generaliter omniū herbaꝝ ⁊ oleꝝ medius frutex. qui vulgo tirſus dicitur. qꝛ a terra ſurſum conſcendit. Ex quo tractū eſt vt ſpecialiter quoddaꝫ genus olerum caulis dicitur. qꝛ tirſus ipſius amplius ceteris oleribus coaleſcit. i. creſcit. Edilis. i. cuſtos edis. qui cuſtodiebat de dignitate ⁊ officio erariū vel capitoliū. vel curiam regis ſiue impa

toris ne morboſa animalia. vt capre vel porci ⁊ huiuſmodi intrarent ⁊ aerem ibi corrũperent. Lapis dicitur a ledo ledis. q2 ledit pedem. Axis eſt celi ſeptentrionalis linea recta ꝑ mediã plagam ſphere. Piſcis dicitur quaſi paſcis. a paſcendo eo ꝙ ſit paſtus hominũ. Cinis eſt ſcintilla extincta. Unguis eſt hominũ ⁊ auium. vngula vero aliorũ animaliuꝫ. Orbis. i. rotunditas circuli. ⁊ etiam cuiuslibet rei. Item orbis dicitur mundus vel circulus terre propter rotunditatem. Item orbis dicitur circulus ſeptimane.

Hec febris peſtis neptis valliſqꝫ bipennis
Et caſſis iaſpis et lactis reſtis et aſpis.
Et pellis turris veſtis peluis quoqꝫ cuſpis
Glis gliſſis glitis: et patronymica iungis.
Hic aut hec finis clunis: dabit hec tibi claſſis.
Et meſſis tuſſis ibis ſic lis quoqꝫ litis.

Auctor facit exceptioneꝫ ab exceptione p̄cedenti dicens. ꝙ nomina in littera poſita licet comprehendi poſſunt multipliciter in exceptione p̄dicta. non ſunt generis maſculini immo feminini. vt hec febris. peſtis. neptis. iaſpis. lactis. reſtis. aſpis. veſtis ⁊ cuſpis. que hñt binas ꝯſonãtes añ is in eadem ſyllaba. hec vallis. bipennis. i. ſecuris ſcindens ab vtroqꝫ latere. pellis. turris. peluis. quorum penultima terminatur in liquidam. hec caſſis. glis. licet creſcant in gtõ. tñ ſunt generis feminini. Deinde dicit ꝙ finis et clunis. i. nates ſunt generis incerti. licꝫ habeant n ante is. Deinde dicit ꝙ claſſis. i. nauigium. meſſis. tuſſis ſunt generis feminini. licet penultima terminetur in liquidam. Et ibis ⁊ lis licet creſcant in gtõ. tñ ſunt generis feminini. Quidam dubitant vtruꝫ hoc ſit auctoris. Dabit hec tibi claſſis: Et meſſis tuſſis ⁊c.

Hec tibi greca dabunt: et eis ſe barbara iungunt.

Auctor dicit ꝙ nomina greca in is terminata ⁊ etiam barbara ſunt generis feminini. vt hec colchis colchidis: id eſt mulier de illa inſula. ⁊ hec ſunamis. anima peccatrix.

Adiectiua tenẽt hic et hec: pariterqꝫ tricuſpis.
Iſtius obliquis neutrum quandoqꝫ locabis.

Dicit Auctor ꝙ nomina adiectiua in is terminata ſunt generis cõmunis. vt hic ⁊ hec nobilis. et etiam tricuſpis. i. lancea que habet tres cuſpides eſt generis cõmunis. tñ in obliquis caſibꝰ aliqñ inuenitur generis neutri. vt in Ouidio. Poſitoqꝫ tricuſpide telo mulcet aquas. Ideo dicit. Iſtiꝰ obliquis. Notandum ꝙ illa regula Adiectiua tenent ⁊c. eſt exceptio ab illa regula Hec dat nomẽ in is. Et in quibuſdam adiectiuis eſt exceptio ab illa regula. Siue in liquidam. vt apparet in hoc quod eſt fortis. Si obijcitur Tricuſpis eſt adiectiuũ ⁊ poteſt comprehendi ſub illa regula. Adiectiua tenent. quare auctor eſt ſuꝑfluus. Dicendum ꝙ illa regula Adiectiua tenent. datur de adiectiuis que terminantur in is ⁊ habent neutrum in e. tricuſpis vero non habet neutrũ ꝑ e. quare auctor non eſt ſuperfluus. Et ratio quare tricuſpis non habet neutrum per e hec eſt. Regula eſt ꝙ adiectiua in is faciunt neutra ꝑ e ꝑ mutationẽ is in e. vt fortis forte. ⁊ ita deberemus dicere tricuſpis tricuſpe ꝑ illam regulam. Alia regula ꝙ adiectiua habentia neutrũ ꝑ e faciunt gtũm ſingularẽ per mutationem e in is. vt forte fortis. ⁊ ita diceremus tricuſpis in gtõ. ⁊ tamen non dicimus. ſed dicimus tricuſpidis ꝑ illam regulam. Simplicium norma. cum componitur de tres ⁊ de cuſpis cuſpidis. Et ita apparet ꝙ in hoc nomine tricuſpis ſunt ille due regule repugnantes vel oppoſite. ⁊ propter hoc non habet neutrũ ꝑ e. tñ eſt adiectiuũ. Et propter hoc dicit hic Auctor ꝙ neutrum poteſt addi cum obliquis ipſius

Dis in plurali genus omne videtur habere.

Dicit ꝙ dis in plurali numero habet omne genus. vt pluraliter ntõ hi ⁊ he dites ⁊ hec ditia. i ſingulari aliqñ eſt ge. maſcu. vt hic dis. ꝓ plutone. ⁊ aliqñ ge. cõis. vt hic ⁊ hec dis. i. diues. Nota dis non habet neutrum in ſingulari per e. quia due ſunt regale repugnantes in hoc nomine dis ſicut in hoc nomine tricuſpis.

Eſt hic et hec teſtis ciuis burgenſis et hoſtis:
Et canis iuuenis pariter commune ſcholaris.

Dicit ꝙ nomina in lr̃a poſita ſunt generis cõis. patet de ſe. ſed omnia excipiũtur ab illa regula Hec dat nomen in is. Etiã teſtis hoſtis excipiuntur ab illa regula. Aut ꝯſona bina. burgenſis excipit ab illa regula. ſiue in liquidã. canis ⁊ iuuenis excipiũtur ab illa regula. Aut n littera.

Hic os preponit: tenet hoc os oris et oſſis:
Et chaos atqꝫ melos argos logos annumerabis.

Dicit ꝙ nomina in os terminata ſunt generis maſculini. vt hic flos. Deinde ponit exceptionẽ dicens. Tenet hoc os oris et oſſis. q. d. ꝙ hec duo noĩa ſcꝫ os oris. os oſſis. ſunt ge. neu. Atqꝫ ꝑ ⁊ chaos eſt ge. neu. ⁊ idẽ ẽ qḋ obſcuritas. ⁊ melos. i. dulcedo. ⁊ argos. i. ꝑria nauis grecoꝝ. et logos. i. ſmo

**Dant duo dos impos compos cuſtoſqꝫ ſacerdos.**
Dicit ꝙ iſta nomina ſunt generis communis. vt hic ⁊ hec dos. hic ⁊ hec impos. id eſt non potens hic ⁊ hec compos. id eſt potens. eodem modo ſacerdos ⁊ cuſtos.

**Hec dant cos dos glos: ſic greca locantur et arbos.**
Dicit ꝙ iſta nomina ſunt generis feminini. vt hec dos dotis. hec cos cotis lapis ſuper quo acuuntur gladij. ⁊ hec glos glotis. id eſt mulier fratris. Et greca nomina ſic locantur. id eſt ſunt generis feminini. vt hec delos nomen inſule. ⁊ arbos etiam eſt generis feminini. id eſt arbor.

Us ſecunde declinationis

**Dant hic in us facta tibi declinante ſecunda.**
Auctor dicit ꝙ nomina ſecunde declinationis terminata in us dant hic. id eſt ſunt generis maſculini. vt hic dominus. Conſtrue ſic. Facta. id eſt nomina terminata in us ſecunda declinante. dant hic. id eſt genus maſculinum

**Hec paradiſus habet nardus domus atqꝫ hiacynthus:**
**Et ſynodus coſtus et carbaſus alnus abyſſus.**
**Aluus cryſtallus et humus biſſuſqꝫ papyrus**
**Hecqꝫ ſmaragdus habet vannus colus atqꝫ phaſelus**
**Egyptus diphthongus et porticus iſta ſequuntur.**
**Cryſtallum tamen hoc dicemus: et hic paradiſus.**
Hic ponit Auctor exceptionem a regula predicta dicens. ꝙ nomina contenta in verſibus ſupradictis ſunt generis feminini. vt hec paradiſus. hec nardus quedam herba. hec domus. hec hiacynthus quidam flos. etiam eſt nomen inſule. ⁊ aliquādo ſumitur pro lapide precioſo. hec ſynodus congregatio ſacerdotum. hec coſtus quedam herba odorifera. hec carbaſus. hec aln⁹ eſt nomē arboris. hec abyſſus profunditas aquarum impenetrabilis a qua fontes ⁊ flumina procedunt. ⁊ per occultas venas ad matricem abyſſum reuertuntur. hec aluus. id eſt venter. hec cryſtallus quidam lapis candidus. hec humus. id eſt terra. hec byſſus. eſt genus lini candidiſſimi ⁊ molliſſimi. et naſcitur in egypto. hec papyrus. ⁊ eſt quedam herba vel genus iunci vt dicunt. dicitur etiam hec papyr⁹ charta bombicinata ſiue bombicina. hec ſmaragdus quidam lapis precioſus. hec vannus id eſt ventilabrum. hec colus rota feminarum vel inſtrumentum vnde femine nent. hec phaſelus parua nauis. hec egyptus nomen prouincie. hec balan⁹ caſtanea cocta in aqua. hec diphthōgus. hec arctus nomen ſtelle. Deinde dicit ꝙ inueuitur hoc cryſtallum ⁊ hic paradiſus

**Hoc vulgus pelagus indeclinabile virus.**
Dicit Auctor ꝙ vulgus ⁊ pelagus ſunt generis neutri. ⁊ etiam virus. quod eſt indeclinabile

**Os grecum ſepe mutamus in us muliebre.**
Deinde dicit ꝙ nomina greca in os terminata apud latinos ſepe terminantur in us ⁊ ſunt generis feminini. vt delos delus nomē inſule. atomos atomus. ⁊ dicitur corpus indiuiſibile propter ſui paruitatem ꝗuis forte nullum corpus ſit quod diuiſionem recipere non poſſit. ⁊ dicitur ab a quod eſt ſine ⁊ tomos diuiſio vel ſectio. qꝛ non recipit ſectionem ſenſui ſubiacentem

Us tertie declinationis

**Hoc terne dabit us ſi non tenet u genitiuus.**
Dicit Auctor ꝙ nomina tertie declinationis terminata in us nō habētia u in penultima genitiui. ſunt generis neutri. vt hoc corpus. genitiuo huius corporis. Conſtrue. Tu dabis hunc articulū hoc nominibus tertie declinationis in us terminatis. ſi genitiuus non tenet u in penultima ſyllaba. Et hoc dicit propter ſalus ſalutis ⁊ alia ſimilia. que non ſunt generis neutri

**Dat lepus hic: tenet intercus genus omne vetuſqꝫ.**
Dicit ꝙ lepus declinatur per hic. ⁊ eſt exceptio. Intercus ⁊ vetus ſunt generis omnis. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc vetus. hic ⁊ hec ⁊ hoc intercus. ⁊ eſt doctrina de hoc nomine intercus ⁊ non exceptio

**Dant hec ſi creſcat genitiuus et u ſibi ſeruet.**
Dicit Auctor ꝙ nomina tertie declinationis terminata in us habentia genitiuum ſuperantem in cuius penultima hec vocalis u retinetur ſunt generis feminini. vt hec ſalus ſalutꝭ. ⁊ hec virt⁹ tutꝭ.

**Hoc monaſyllaba dant vt thus: ſed dicitur hec grus.**
**Hic dat et hec tibi ſus: epicenum dat genus hic mus.**
Dicit ꝙ nomina tertie declinatiōis terminata in us vnius ſyllabe ſunt generꝭ neutri. vt hoc thus ſed grus eſt generis feminini. ſus vero communis generis. mus autem generis promiſcui. etiam declinatur per hic.

**Eſt pecus hec pecudis: pecus hoc pecoris tibi format.**
Dicit ꝙ pecus pecudis eſt generis feminini. ⁊ pecus pecoris neutri. Pus eſt generis neutri ⁊ inde-

clinabile prout ſignificat putredinem vel quandam infirmitatem que hominem reddit putridū.
Sed quando dicitur cuſtodia tunc eſt feminini generis. ⁊ declinatur

**Quartę nomen in us maribus ſociare ſolemus.**

Us quarte de/
clinationis

Dicit Auctor ꝙ nomina quarte declinationis ſunt generis maſculini. vt hic viſus.

**Hęc anus atqꝫ tribus et porticus et manus idus:**
**Hęc acus atqꝫ pinus nurus ſocrus et domus addis.**
**Hic tenet hoc de ſpecus: illi penus aſſocietur.**

Hic ponit exceptionem a regula predicta dicens. ꝙ nomina in littera poſita licet ſint quarte decli/
nationis tamen ſunt generis feminini. vt hec anus. id eſt vetula. hec tribus. id eſt progenies. hec
porticus. hec manus. hec idus. id eſt diuiſio temporis. hec acus. hec pinus. hec nurus. hec dom⁹.
hec ſocrus. Deinde dicit ꝙ ſpecus poteſt eſſe generis maſculini vel neutri. ſimiliter ⁊ penus

**Cum nomen fit in aus hęc illi iungitur: vt laus.**

Aus

Dicit ꝙ nomina terminata in aus diphthongum ſunt generis feminini. vt hec laus

**S vult hęc iungi ſi conſona pręſidet illi.**

S conſona pre
cedente

Dicit ꝙ nomina terminata in s precedente conſonante ſunt generis feminini. vt hec pars partꝭ.

**Adiectiua notes: quibus omne genus dare debes.**

Hic ponit exceptionem dicens. ꝙ adiectiua debent excipi. quia ſunt generis omnis. vt hic ⁊ hec et
hoc ſapiens. inops. inſons. expers. iners. particeps. municeps.

**Mons pons fons hic dant mars ſtirps cals dens quoqꝫ quadrās**
**Et partes aſſis: torrens ſociabitur iſtis**
**Atqꝫ chalybs.**

Dicit Auctor ꝙ nomina in littera poſita ſunt generis maſculini. vt hic mons montis. hic fons fō/
tis. hic mars martis. id eſt deus belli. hic ſtirps pro trunco arboris. ſed ſtirps ſignificans progeni
em eſt feminini generis. hic cals pars pedis. hic dens dentis. hic quadrans quadrantis. eſt inſtru/
mentum ad ſciendum horas diei. Et partes aſſis. id eſt nomina ſignificantia partes aſſis haben/
tia conſonantem ante s ſicut quincuns ⁊c. ⁊ hoc nomē torrens iungitur predictis. ſimiliter ⁊ hoc
nomen chalybs iungitur predictis. Sciendum ꝙ quidam dicunt ꝙ cals quando accipitur ꝓ par
te pedis ſcribitur cum s. ⁊ quando accipitur pro lapide decocto ſcribitur cum x. Sed male dicūt.
quod patet. quia auctor eſſet diminutus ſi ipe intelligeret ꝙ calx ſcribi debeat cum s: quia ſuperi⁹
de genitiuo tertie declinationis ſingularis numeri poſuit regulam ꝙ nomina terminata in ls. fa/
ciunt genitiuum ti interpoſita inter l et s. vt puls pultis. ſed non excipit cals quod facit calcis.
Preterea auctor eſſet cōtrarius ſibiipſi ſi intelligeret ꝙ ſcribi debeat cum s. quia infra poſuit inter
nomina terminata in x. vbi dicit. Hic calx pedis. hec latomorum. quare manifeſtum eſt ſm̄ aucto
rem ꝙ calx non debet poni inter nomina terminata in s. Et ſi ponitur hic. dicendum ꝙ auctor repo
nit hic recitando opinionem aliorum qui dicebant ꝙ cals ſcribitur cum s pro parte pedis. Et ad
hoc denotandum ponit auctor hic Et dicitur calx de calco calcas pro parte pedis ſed pro lapide de/
cocto dicitur de caleo cales. Ulterius ſciendum ꝙ as aſſis eſt pōdus duodecim vnciarum Et ſi ex
inde remouetur vnum. illud vnum quod remouetur dicitur vncia. ⁊ illa vndecim que remanent
dicuntur deuns. id eſt vndecim vncie. preterea ſi remouentur duo. illa duo dempta ab aſſe dicun/
tur ſecuns quaſi ſexta pars aſſis. ſed illa decem que remanent dicuntur decuns. id eſt decem vncie
Preterea ſi remouentur tria ab aſſe remanent nouem. ⁊ illa tria dempta dicuntur quadrans qua
ſi quarta pars aſſis. ⁊ illa nouem que remanent dicuntur dodrans. ⁊ interpretatur nouem. Si re
mouetur ab aſſe quattuor remanēt octo. ⁊ illa q̄ttuor remota dicūtur triens quaſi tertia pars aſ
ſis. ⁊ dicitur a tris quod eſt tres. Unde triens primo ſignificat tres. ex conſequenti quattuor. qꝫ
quattuor ſunt tertia pars aſſis. ⁊ illa octo que remanent dicūtur biſſe. ⁊ interpretatur biſſe octo
⁊ eſt grecum. Preterea ſi remouentur ab aſſe quinqꝫ remanent ſeptem. ⁊ illa quinqꝫ remota dicū/
tur quincuns a quinqꝫ. ⁊ illa ſeptem que remanent dicuntur ſeptuns a ſeptem. Preterea ſi remo/
uentur ab aſſe ſex illa ſex dicuntur ſemis. ⁊ illa ſex que remanent ſimiliter dicuntur ſemis. Et di/
citur ſemis de ſemis quod eſt dimidius. ⁊ as aſſis quaſi dimidia pars aſſis. Et ita patet que ſunt
partes vncie. Torrens torrentis eſt fluuius vel aqua veniens cum impetu ex imbribus repentina.
magnum habens incrementum. ſed adueniēte eſtate calore ſolis torreſcit areſcit ⁊ deſiccatur. Un
de propheta. Conuerte domine captiuitatem noſtram ſicut torrens in auſtro: Chalybs fluui⁹ eſt
hiſpanie iuxta quem populi inhabitāt dicti chalybes. apud quos ſunt minere ferri optimi quas
nudi illi laborantes effodiunt. Similiter ⁊ alij eodem noīe cognominati ſūt populi iuxta paphla
goniam in ponto. ⁊ amazonibus contermini. Et capitur plerūqꝫ chalybs pro ipa ferri maſſa Nō
nunqꝫ vero pro inſtrumento ex chalybe confecto

**Dant hic ps iuncta poliſyllaba: ſed variantur**
**Hic aut hęc forceps et adeps: ſed dicitur hic ſeps.**

Ps

Dicit ꝙ poliſyllaba.i.plurium ſyllabarū terminata in s precedente p ſunt generis maſculini.vt hic manceps.id eſt ſeruus. Sed forceps quod dicitur a ferrum ⁊ capio eo ꝙ ferrum candens capiat ⁊ teneat. ⁊ adeps variantur per hic aut hec.id eſt ſunt generis incerti. Sed hoc nomē ſeps ꝓ ſerpente eſt generis maſculini. Inuenitur etiam ſcd̄m quoſdam hec ſeps ꝓ clauſura vinearū. Sz modo dicimus ſepes ſepis ꝓ clauſura vinearum

Pluraqꝫ dant hic et hec celebs infanſqꝫ parenſqꝫ
Et princeps effrons: iſtis coniunge bifrontem.

Dicit Auctor ꝙ plura reperiuntur in cōmuni genere declinata. vt hic ⁊ hec celebs.id eſt caſtꝰ. hic ⁊ hec infans. hic ⁊ hec parens. hic ⁊ hec princeps. hic ⁊ hec effrons. id eſt ſine fronte ⁊ ſine verecūdia. hic ⁊ hec bifrons dicitur ianus qui habet duas frontes hominis ſcꝫ ante ⁊ retro. hic ⁊ hec anceps. id eſt dubius.

x Hec x prepones: ſed plurima demere debes

In hac parte Auctor determinat de generibus nominum terminatoꝝ in x. Et dicit ꝙ nomina in x terminata ſunt generꝭ feminini. vt lex legꝭ. Deinde dicit ꝙ plura debent excipi. ⁊ facit exceptionē.

In triplici genere decet adiectiua notare

Dicit ꝙ adiectiua in x terminata ſunt generis omnis. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc felix

Ex X e ſi preſit maribus poliſyllaba iungis

Dicit ꝙ nomina in x terminata p̄cedēte e ſunt generis maſculini dum ſunt poliſyllaba.id eſt plurium ſyllabaꝝ. vt hic vertex. ſummitas capitis. Conſtrue ſic. Tu iungis nomina poliſyllaba maribus.id eſt maſculinis generibus. ſi iſta littera e preſit. id eſt ante ſit huic littere x.

Eſt tamen hec pellex viber oberqꝫ ſupellex
Forpex aut forfex: hic aut hec dat tibi cortex
Atqꝫ ſilex

Hic ponit exceptionem ab illa parte X e ſi preſit. dicens ꝙ nomina que in littera ponūtur ſunt generis feminini. licet habeant e ante x. vt hec pellex. id eſt meretrix. hec vibex ſignum factum cum flagello. hec ſupellex. id eſt ſubſtantia vel facultas ⁊ omne inſtrumentum ⁊ ornamentum domus. hec forfex qua inciditur filum. ⁊ componitur a ferrum ⁊ filum. hec forpex qua inciditur pilus. ⁊ componitur a ferrum ⁊ pilus. Cortex eſt generis incerti. Et dicitur quaſi cor arboris tegens. atqꝫ pro ⁊ ſilex. id eſt duriſſimus lapis qui ictu ferri ignem emittit

Fetibus hec terre dabis: hic frutex retinebit

Hic Auctor ponit aliam exceptionem dicens. Tu dabis hunc articulū hec fetibus terre.i. nominibus importantibus fetus terre ſiue fructus. vt hec carex quedam herba. excipitur frutex quod eſt generis maſculini. denſitas virgulaꝝ vel paruarum arborum vel ſpinarum

Sed dux et coniunx commune locatur et exlex.

Dicit ꝙ iſta duo nomina dux ⁊ coniunx ſunt generis communis. ⁊ ſimiliter exlex. id eſt ſine lege.

Hic dant grex et rex fornixqꝫ calixqꝫ cilixqꝫ:
Et phenix maſtix: hic calx pedis: hec latomorum

Dicit Auctor ꝙ iſta nomina ſunt generis maſculini. vt hic rex. hic fornix cis. id eſt arcus lapideꝰ. hic calix cis quoddam genus poculoꝝ. hic cilix cilicis. quidā ꝑplus. hic phenix nomē auis. hic maſtix ſpecies gumi. hic calx calcis. ꝓ talo pedis eſt generis maſculini. ⁊ ꝓ cemento feminini. ⁊ tunc non excipitur ſed continetur ſub regula. Hec x prepones. Et hoc eſt quod dicit. hic calx pedis. hec latomorum. id eſt cementariorum

Trix Trix tenet hec: tamen obliquis neutrum ſuperaddes.
Victrices turbe victricia tela tulere.

Dicit Auctor ꝙ verbalia in trix deſinentia ſunt generis feminini. vt hec amatrix. tamē in obliquis aliquando reperiuntur generis neutri. vt ſigna victricia. Ideo poſuit hunc verſum cauſa exempli. Victrices turbe victricia tela tulere

Capitulū quintū eſt de formatione p̄teritoꝝ et ſupinorū regularium
De prima coniugatione

VT tibi per metrum formatio preteritorum
Atqꝫ ſupinorum pateat: preſens lege ſcriptum.
Et primo diſce que ſit formatio prime

In iſto capitulo Auctor intendit determinare de preteritis ⁊ ſupinis verborum. Et primo preponit quod facere intendit: ſubiungens in principio ipſius capituli ordinem obſeruandum dicens ꝙ primo intendit determinare de preteritis ⁊ ſupinis verborum prime coniugationis

# De prima coniugatione

**Ui vel ui vel di vel ti formatio prime**

In hac parte Auctor determinat in generali de preteritis verborum prime coniugationis ponen/do vniuerſales terminationes eorum. Et dicit ꝙ prima coniugatio verbi poteſt facere preteritũ in ui. vt amo amas amaui. in ui diuiſas ſyllabas. vt domo domas domui. in di. vt do das dedi. in ti. vt ſto ſtas ſteti

**As in preterito ui ſuſcipit s remouendo.**

Vi a ſecunda ꝑ ſona preſentis temporis in as

In hac parte Auctor ꝓcedit in ſpeciali de preteritis verborum prime coniugationis Et dicit ꝙ verba prime coniugationis formant preteritum a ſecunda perſona preſentis indicatiui modi remo/ta s ⁊ addita ui. vt amo amas. remota s ⁊ addita ui fit amaui

**Non ſic formantur ter quinqꝫ: ſed excipiantur**
**Cre do do mi iu ſto pli fri ſo ne ue la ſe cu to**

Auctor ponit exceptionem a predicta regula dicẽs. ꝙ ter quinqꝫ. id eſt quindecim verba prime cõ iugationis non formant preterita vt ſupra dictum eſt. ſed excipiuntur. Et primo ponit exceptio nem demonſtrando illa verba per ſyllabas in ſecundo metro cõtentas. in quo quidem metro ſunt quindecim ſyllabe per quas quindecim intelliguntur verba: Per cre intelligitur crepo crepas. per do domo domas. per do. do das. ꝑ mi mico micas. ꝑ iu iuuo iuuas. per ſto ſto ſtas. per pli plico pli/cas. per fri frico fricas. per ne neco necas. per ve veto vetas. per la lauo lauas. per ſe ſeco ſecas. ꝑ cu. cubo cubas. per to tono tonas

**Nam cubo ſiue crepo domo deinde micoqꝫ fricoqꝫ**
**Nexo plico ſeco ſono deinde tonoqꝫ vetoqꝫ**
**Pretereunt in ui diuiſas: do dedit: et ſto**
**Dat ſteti: iuuo iuui preterit et lauo laui.**

Nunc oſtendit Auctor quomodo predicta verba faciunt in preterito dicens. Nã. id eſt certe. iſta verba cubo crepo ⁊ cetera pretereunt. id eſt preteritum faciũt in ui diuiſas ſyllabas. vt cubo cubas cubui. crepo crepas crepui ⁊c. do das facit dedi in preterito. ⁊ poſuit tertiam perſonaꝫ cauſa metri ⁊ ſto dat ſteti. ⁊ iuuo iuuas p̄terit. id eſt p̄teritũ facit iuui. vt iuuo iuuas iuui. ⁊ lauo uas dat laui

**Et neco quod necui facit et quandoqꝫ necaui.**
**De neco dicaui ferro: necui reliqua vi**

Auctor dicit ꝙ etiam neco excipitur quod facit necui in preterito. ⁊ aliquando facit necaui. ⁊ ſic non excipitur. Deinde aſſignat differentiam huius verbi dicẽs. dic aui in preterito de neco ferro. dic necui reliqua vi in preterito. id eſt quando necas cum omni alia vi qꝫ cum ferro

**Increpo format ui: tamen et reperitur in aui**

Auctor dicit ꝙ increpo aliquando facit increpui. ⁊ aliquando increpaui.

**Aui preteritum plico dat cum nomine iunctum:**
**Hoc ſine prebet ui: tamen et reperitur in aui**

Auctor dicit ꝙ plico plicas compoſitum cum nominibus facit preteritum in aui. vt duplico du/plicaui. quod componitur ex duo ⁊ plico. ⁊ aliter compoſitum in ui diuiſas ſyllabas. vt implico implicui. quod componitur ex in ⁊ plico. applico applicui. quod componitur ex ad ⁊ plico. tamẽ ali quando reperitur in aui. vt ſupplico ſupplicas ſupplicaui.

**Regula que formam ſeruans as mutat in aui**
**Recte preteritum formando ſupinat in atum**

Aui in p̄terito Atũ in ſupinis

In hac parte Auctor determinat de formatione ſupinorum verborum prime cõiugationis dicẽs ꝙ verba prime coniugationis facientia preteritum in aui per rectam formationem ſcꝫ mutãdo as in aui. faciunt ſupinum in atum. vt amo amas amaui amatum

**Sed lauo dat lotum vel lautum potoqꝫ potum**
**Doqꝫ datum dat: ſtoqꝫ ſtatum: format iuuo iutum**

A predicta regula excipiuntur lautum vel lotum. ⁊ poto potas facit potum ⁊ non potatum. Dein/de dicit ꝙ do das facit datum. ⁊ ſto ſtatum. iuuo iutum. ⁊ eſt regula ⁊ non exceptio.

**Quod dat ui: dat itum: niſi deſinat in co: ſed in ctum**
**Iſta ſupinantur: plicat et micat excipiantur**
**Nam plico dat plicitum: mico neſcit habere ſupinum**

Auctor ponit aliam regulam dicens ꝙ illa verba prime coniugationis que faciunt p̄teritum in ui

diuiſas ſyllabas faciunt ſupinum in itũ. vt ſono nas. ſonui ſonitum. niſi hoc tale verbum deſinat in co vt frico ſeco. Nam iſta verba in co deſinentia ſupinantur in ctũ. vt frico cas cui frictũ. ſeco ſecas ſecui ſectum. Sed mico cas. ⁊ plico cas excipiuntur. quia non faciunt in ctum. immo plico facit plicitum. mico vero caret ſupino

**Aui dimico dat vel ui: primumqꝫ ſupinat.**

Quaſi dicat ꝙ dimico cas facit preteritũ dimicaui vel dimicui. ⁊ inqꝫtum facit dimicaui facit dimicatum in ſupino Ideo dicit auctor. primumqꝫ ſupinat

**Sicqꝫ neco nectum facit: et quandoqꝫ necatum**

Dicit ꝙ neco facit necatum ſcꝫ quando facit necaui in p̄terito. ⁊ quandoqꝫ nectũ in ſupino. ⁊ hoc eſt quando facit necui in preterito

**More patris nexum faciet tibi nexo ſupinum**

Dicit Auctor ꝙ nexo nexas facit nexum in ſupino more patris id eſt primitiui ſui ſcꝫ necto nectl. quod etiam facit nexum. Inde venit nexo nexas eius frequentatiuum

De formatiõe p̄teritorũ ⁊ ſupinorum ſecunde cõiugatiõis.

**Debes formare poſt primam verba ſecunde**

In hac parte Auctor determinat de preteritis ⁊ ſupinis verborum ſecunde coniugationis. Et primo dicit. Tu debes formare verba ſecunde coniugationis poſt primam ſcilicet coniugationem

**Ui vel ui vel di ſi format xiqꝫ ſecunda**

Hic Auctor generaliter ponit omnes terminationes p̄teritorũ verboꝝ ſecunde coniugationis dicens ꝙ ſecunda coniugatio format p̄teritum in vi. vt moueo ues moui. vel in ui diuiſas ſyllabas vt moneo mones monui. vel in di vt video vidi. vel in ſi vt rideo riſi. vel in xi. vt augeo ges auxi

Deo

**Littera longa vel ar deo ſi facit: excipe ſtridi**

Id eſt ꝙ verba ſecunde coniugationis in deo terminata precedẽte vocali naturaliter lõga vl' hac ſyllaba ar faciunt preteritum in ſi. vt rideo riſi. ardeo arſi. excipe verbum ſtrideo quod facit ſtridi licet habeat vocalem longam ante deo

**Si breuis eſt e vel i producitur atqꝫ facit di**

Id eſt ſi ante deo ſit e vel i breuis. illa littera e vel i producitur in preterito. ⁊ mutatur deo in di. vt video vidi. ſedeo ſedi.

**Ante deo veniens e vel o liquida mediante**
**Principium geminat: ſi muta vel m venit ante**
**E vel o ſi iuncta ſit mute: lex tenet iſta**
**Continue iuncta: ſi non lex non tenet iſta**

Dicit Auctor ꝙ ſi hec littera e vel o ſit ante deo liquida mediante. id eſt exiſtente inter e ⁊ o et deo vt pendeo ⁊ mordeo. tunc illud tale verbum geminat principium p̄teriti. vt pendeo pependi ⁊ mordeo momordi. hoc tamen dicit ſi littera muta vel m venit ante e vel o. vt patet in pendeo et mordeo Deinde dicit ꝙ illa lex. id eſt regula tenet. id eſt valida eſt ſemper ſi e vel o ſit immediate iuncta littere mute. vt tendeo tendes tetendi. Nam ibi t immediate iungitur cum e. Et ſi non iungitur. iſta lex. id eſt regula non tenet. Et hoc dicit propter ſplendeo in quo non iungitur immediate muta cum e. immo iſta littera l eſt in medio. Et ſic eſt dicendum in ſimilibus

**Si componantur geminantia: non geminantur.**
**Lex erit hec cunctis: ſed po ſto do diſcqꝫ remotis**
**Do ſto compoſita geminabunt: poſcoqꝫ diſco**

Hic ponit Auctor vnum notabile validum p̄ omnes coniugatiões ad quas p̄tinet. et eſt exceptio ab illa regula in declinationibus poſita. Simplicium norma formabis compoſitiua. quia per eandem regulam poſſet aliquis dicere ꝙ verba geminantia p̄teritum in ſimplicitate geminent in cõpoſitione. Ideo auctor ſuper hoc dat notabile dicens. Si verba geminãtia p̄teritum in ſimplicitate componantur. poſtea non geminantur. verbi gratia. mordeo des. facit momordi. ſi componatur cum re vt remordeo. tunc non geminatur ſed facit remordi. hec lex. id eſt hec regula erit cunctl' verbis cuiuſlibet coniugationis. remotis illis que p̄ has quattuor ſyllabas intelliguntur. ſcꝫ do das dedi cuius compoſita etiam geminantur. vt circũdo circũdas circũdedi. ſto ſtas ſteti. ⁊ eius compoſita. vt p̄ſto p̄ſtas p̄ſtiti. po vt poſco poſcis popoſci. ⁊ eius compoſita. vt repoſco repoſcis repopoſci. dis vt diſco diſcis didici ⁊ eius compoſita vt dediſco dediſcis dedidici.

**Curro tamen cum pre geminat: ſic pungere cum re.**

Dicit ꝙ curro ris licet geminetur in ſimplicitate: q̄ facit cucurri. tñ ſi cõponatur cũ p̄ etiam geminatur. vt p̄curro p̄cucurri. ⁊ pũgo pupugi ſi cõponat̃ cũ re vt repũgo etiã geminat̃. vt repupugi.

# De ſecunda coniugatione

Uocalis longa vel ar ante deo: geminanſqꝫ
Et que preponunt e vel i breuem: ſic patefiunt.
Hec preter: per ui deo preterit. excipe prandi
Pranſus ſum: iunge neutropaſſiua ſecunde.

Auctor epilogat predicta. vt epilogatiõe ſua aliam inferat regulam. Et dicit ꝙ verba ſecũde coniugationis in deo deſinentia habentia vocalem longam vel ar ante deo. ⁊ illa que habent e vel i breuem ante deo. ⁊ illa que geminantur in preterito. patefiunt. id eſt. ſunt manifeſta. vt ſupradictuꝫ eſt. Deinde infert aliam regulam dicens. ꝙ omnia verba ſecunde ꝯiugationis in deo deſinentia preter hec que diximus. faciunt preteritum per ui diuiſas ſyllabas. vt ſtudeo ſtudui. candeo candui. ſordeo ſordui. ſplendeo ſplendui. Deinde ponit exceptionem dicens. Excipe prandi vel pranſus ſum. quod eſt preteritum de prandeo des. deberet enim facere prandui. Iunge etiam neutropaſſiua ſecunde ꝯiugationis. que ſupplent preteritum ſicut prandeo. vt gaudeo gauiſus ſum. audeo auſus ſum.

Dans deo di vel ſi: geminanſue: ſupina dat in ſum.
Sic ſedeo ſeſſum reddit tamen s geminando.

Si / Di } dat ſum

Dicit Auctor ꝙ verba ſecunde ꝯiugationis in deo terminata faciẽtia preteritũ in ſi vel in di. vel geminantia preteritum faciunt ſupinũ in ſum. vt ardeo arſi arſum. ⁊ video vidi viſuꝫ. mordeo momordi morſum. Sed A. exemplificat de hoc verbo ſedeo ſeſſum dicens quod facit in ſupino ſeſſuꝫ tamen geminat s. Et in hoc excipitur. quia ſm regulam datam deberet facere ſeſum ꝑ ſimplex ſ.

Gaudeo gauiſum prebet. ſed vult regula gauſum.
Strideo preteritum ſtridi facit abſqꝫ ſupino.

Hec carmina clara ſunt. ideo expoſitione non indigent.

Preteriens in ui dat itum: nullumue ſupinum.

Ui. dat itum

Dicit ꝙ verba ſecunde ꝯiugationis terminata in deo que faciunt preteritũ in vi faciunt ſupinuꝫ in itum de arte. vel nullum habent ſupinum de vſu. vt ſtudeo ſtudui. ſtuditũ. Ideo dicit nullumue ſupinum. quia de vſu caret.

Si facit l vel r ante geo: xi littera longa
Uel diphthongus habet: in ui geo cetera format.

Geo

Dicit ꝙ verba ſecunde ꝯiugationis habentia l vel r ante geo faciunt preteritũ in ſi. vt fulgeo fulſi et vrgeo vrſi. xi littera longa. id eſt. verbum habens litteram longam ante geo facit xi in preterito. vt lugeo luxi. vel diphthongus. id eſt. verbum habens diphthonguꝫ ante geo facit xi. vt augeo auxi. Deinde ponit aliam regulam dicens. in ui geo cetera format. id eſt ꝙ omnia verba ſecũde cõiugationis de quibus non eſt facta mentio in geo deſinentia. faciunt preteritũ in ui diuiſas ſyllabas. vt vigeo viges vigui.

Prebet ui nullum: ſi per ſum: xiqꝫ facit ctum.

Dicit ꝙ verba deſinentia in geo facientia preteritũ in ui carent ſupino. vt egeo ges egui. ſupino caret. Et facientia preteritũ in ſi faciunt ſupinũ in ſum. vt algeo alſi alſum. Et facientia preteritũ in xi faciunt ſupinũ in ctum. vt augeo auxi auctum.

Dic tamen indultum vel ſum prebet vrgeo nullum.

Dicit ꝙ indulgeo ges indulſi facit indultum ⁊ excipitur ab illa regula. ſi per ſum. etiam facit indulſum ⁊ ſic non excipitur. Sed vrgeo caret ſupino ⁊ ſignificat ſtringere. coercere. ⁊ ſtimulare.

Addita muta leo facit eui: viqꝫ facit tum.
Sic leo ſic oleo de ſe facit omne creatum.

Leo

Dicit ꝙ verba ſecũde ꝯiugationis deſinentia in leo muta precedente faciunt preterituꝫ in eui. vt fleo fles fleui. ⁊ faciunt ſupinũ in tum mutando vi in tum. vt fleo fleui vi in tum fit fletum. Deinde addit dicens. ꝙ leo les quod non eſt in vſu in ſimplicitate. ⁊ etiam oleo ⁊ eorum compoſita. vt deleo ⁊ redoleo faciunt ſic in preterito ⁊ in ſupino. vt deleo facit deleui deletum. id eſt. deſtruere. extinguere. interficere. ⁊ componitur a de ⁊ leo les lere quod non eſt in vſu. ⁊ redoleo redoleui redoletum. componitur enim a re ⁊ oleo interpoſita d. ⁊ dicitur redolere bonum odorem emittere. bene olere. ſuauiter ſpirare. ⁊ dicitur redolere tm̄ pro bono odore. ſed olere tm̄ de malo. eſt enim olere idem quod fetere.

Et quandoqꝫ tamen olui reperitur itumqꝫ.

Dicit ꝙ oleo oles aliquando facit preteritũ in ui ⁊ ſupinũ in itum. vt oleo olui olitum.

Ex oleo per ui venientia dic et in eui.
Duplex preteritum reddit duplexqꝫ ſupinum

**Etum vel per itum: dices adolere per vltum.**
**Hinc et adultus erit.**

Quidam habent iſtos verſus ſed credo ꝙ auctor non compoſuit. ſed gloſatores. quia auctor ſuperius poſuit iſtam regulam. ſimpliciũ norma. ⁊ ſic compoſita de oleo poſſunt haberi per eandem regulam. Tamen ſi auctor fecit poteſt ſuſtineri quoniã ipſe ponit vt addat illud ſupinũ adultuꝫ. qꝛ ſimplex non facit ultum. Dicit ergo ꝙ compoſita ex oleo oles faciunt preteritum in ui vel in eui. vt redoleo facit redolui vel redoleui. ⁊ ſic duplex preteritũ facit duplex ſupinũ. ſcilicet per etum et itum. vt aboleo aboleui vel abolui facit aboletum vel abolitum. Et hoc verbum adoleo etiaꝫ facit ſupinũ per ultum. vt adultum. inde erit adultus participiũ. Et ſic adoleo habet duplex preteritũ ſcilicet adolui vel adoleui. ⁊ triplex ſupinũ vt adolitum adoletum adultum. Et ꝙ habeat adultuꝫ patet quia inuenitur adultus quod non poteſt deſcendere niſi de hoc ſupino adultum. Et adolere eſt cremare. comburere. incendere. Item adolere eſt creſcere. Qui ergo vellet declinare adoleo deberet ſic declinare. Adoleo. es. ui. vel eui. re. di. do. dum. itum. vel etum. vel ultũ ultu.

**Iuncta muta leo patet hic: oleoqꝫ leoqꝫ.**
**Cetera verba leo per ui facit abſqꝫ ſupino.**

Hic auctor epilogat ea que dixit de verbis deſinentibꝰ in leo. vt aliam inferat regulaꝫ. Et dicit verba deſinentia in leo muta precedente ⁊ hoc verbuꝫ leo ⁊ oleo ſunt manifeſta quomodo faciant in preteritis ⁊ ſupinis per ea que dicta ſunt. Deinde infert regulam dicens. ꝙ cetera verba in leo deſinentia. faciunt in ui diuiſas ſyllabas. ⁊ carent ſupinis. vt caleo calui ⁊ palleo pallui.

**Sed doleo dat itum valeo ſoleoqꝫ ſupinum.**

Nunc ponit exceptionem a predicta regula dicens. ꝙ verba in littera poſita faciunt ſupinũ in ituꝫ vt ſoleo ſolitum. valeo valitum. doleo dolitum. Videtur ꝙ ſoleo non debeat poni. quia non habet ſolui ſed ſolitus ſum. Solutio. Priſcianus dicit in. ix. libro ꝙ ſoleo facit preteritũ ſolitus ſum vel ſolui ſm̃ Saluſtium.

Queo **Si queo ſumqꝫ facit: tamen in tum plurima reddit.**

Dicit ꝙ verba deſinentia in queo. faciunt preteritũ in ſi ⁊ ſupinũ in ſum. vt torqueo torſi torſuꝫ. tamen faciunt ſepe in tum. vt diſtorqueo diſtorſi diſtortum vel diſtorſum.

Veo **Dat veo vi: per tum vi format vbiqꝫ ſupinum**
**Ex vi nil remouens facies tum nil ſuperaddens.**

Dicit ꝙ verba ſecũde ↄiugationis deſinentia in veo faciunt preteritum in vi. vt moueo moui. Deinde dicit ꝙ verbum faciens preteritũ in vi mutat vi in tum formando ſupinũ vbiqꝫ. id eſt. in omni ↄiugatione. in prima vt amaui amatum. in ſecũda vt moui motum. in tertia vt triui tritum. in quarta vt audiui auditum. Et ex vi facies tum nihil remouendo ⁊ nihil addendo.

**Excipe pas ca fa ſe la ſol vol ag cog et a ſe:**
**Dat caueo cautum: faueo fautum: ſed amictum**
**Ex amicire facis: ſoluo vel voluo dat vtum.**
**De ſero ſume ſatum: lauo lotum: paſcoqꝫ paſtum:**
**Ag vel cognoſco dat itum: ſepelire ſepultum.**

Hic auctor ponit exceptionem a regula predicta dicens. Excipe que per has ſyllabas intelliguntur pas ca ⁊c. quia iſta verba non faciunt in ſupino vt dictum eſt mutando vi in tum. immo aliter ſcilicet vt ſequitur. Deinde clarificat verba intellecta per has ſyllabas. ⁊ oſtendit quomodo faciunt in ſupino dicens. Caueo caui dat cautum quod deberet facere catum. faueo faui fautum ⁊ nõ fatum. amicio amicui amictum ⁊ non amicitum. ſoluo ſolui ſolutum ⁊ non ſoltum. voluo volui volutum ⁊ non voltum. ſero ſeui ſatum ⁊ non ſetum. lauo laui lotum ⁊ non latum. paſco paui paſtum ⁊ non patum. ag. id eſt. agnoſco agnoui vel pro ⁊ cognoſco cognoui dat itum. vt agnitum et cognitum ⁊ non agnotum nec cognotum. ſepelio ſepeliui facit ſepultum ⁊ non ſepelitum.

**Ferueo ui dat ſiue bui: conniueo ui xi.**

Dicit ꝙ hoc verbum ferueo ues facit ferui vel ferbui in preterito. Et hoc verbum ↄniueo facit conniui vel connixi.

**Vi tum dante preit vocalis non breuiata.**

Dicit ꝙ verba facientia preteritum in ui ⁊ mutantia ui in tum in ſupino. producunt penultimam ſupini in omni ↄiugatione. vt amaui amatũ. fleui fletum. triui tritum. audiui auditum.

**Qui ſi ci ſa li i demantur: et inde creata.**

Nunc auctor ponit exceptionem a regula predicta dicens. ꝙ ſupina que intelliguntur per has ſyllabas qui ci ⁊c. demantur quia corripiunt penultimam ſyllabam: vt queo quiui quitum. ſino ſiui ſitum. cieo vel cio ciui citum. ſero ſeui ſatum. lino liui litum. eo iui itum. ⁊ ſua cõpoſita vt nequeo

nequiui nequitum. deſino deſiui deſitum. excieo exciui excitum. excio exciui excitum. inſero inſe/ui inſitum. illino illiui illitum. redeo rediui reditum.

De deo deqꝫ geo leo vel queo vel veo dicta
Sufficiant: in ui diuiſas cetera formant.

Hic auctor epilogat omnia que dixit de verbis ſecunde ꝯiugationis vt inferat generalem regulā de ceteris. Et dicit ꝙ ea que ſunt dicta de verbis ſecunde ꝯiugationis terminatis in deo in geo in leo in queo vel in veo ſufficiāt. Deinde infert regulā dicēs. ꝙ cetera verba de quibus non eſt facta mentio. formant ſua preterita in ui diuiſas ſyllabas. vt doceo docui. ⁊ moneo monui.

Dat maneo manſi: iubeo iuſſi: neo neui.

Ponit exceptionem dicens. ꝙ maneo facit in preterito manſi ⁊ non manui. iubeo iuſſi. neo neui.

Mans a per i maneo dat ui: caretqꝫ ſupino.

Dicit ꝙ quando hoc verbum maneo mutat a in i in compoſitione. facit preteritum in ui ⁊ caret ſu pino. vt immineo imminui.

Lucet pollucet faciunt xi: mulceo mulſi.
Hereo ſi prebet: dat ſorbeo pſiqꝫ buiqꝫ.

Dicit ꝙ luceo ⁊ polluceo faciunt preteritū in xi. vt luceo luxi. polluceo polluxi. mulceo facit mul/ſi. hereo heſi. ſorbeo ſorpſi vel ſorbui.

Dat ſi ſum xi ctum: ſed itum dat ſorbeo vel ptum.

Dicit ꝙ verba facientia preteritum in ſi de quibus prius non eſt mentio facta. faciunt ſupinum in ſum. vt maneo manſi manſū. Et facientia preteritū in xi. faciunt ſupinū in ctum. vt luxi luctū ſm artē intellige. ſed ſorbeo faciens ſorpſi vel ſorbui. in ſupino facit ſorptum vel ſorbitum.

Que dant preteritum per ui: caruere ſupino
Ni faciant in itum: teneo tentum doceo ctum.
Cenſeo dat cenſum: ſed itum ſua compoſitiua.
Miſceo dat mixtum per ui quod preterit ante.

Dicit auctor ꝙ verba ſecunde ꝯiugatiōis habentia ui in preterito de quibus prius non eſt mētio facta. carent ſupinis. vt vireo vires virui. timeo times timui. ſtupeo ſtupes ſtupui. niſi faciant in itum vt placeo placitum. Deinde ponit exceptionem dicens. ꝙ teneo facit tentum. doceo doctum Cenſeo ſes facit cenſum. ⁊ eius compoſita faciunt in itum. vt recenſeo ſes recenſitum. Miſceo miſces mixtum. quod preterit in ui. ⁊ facit miſcui.

Pauca ſupinantur preter ſex neutra ſecunde
Sex retinent neutra pla no ca va pa do ſupina.
Format itum doleo noceo valeo placeoqꝫ:
Pareo prebet itum: licet ac oleo taceoqꝫ.
Dat careo carui caritum caſſumqꝫ ſupino

Dicit auctor ꝙ pauca verba ſecunde ꝯiugationis facientia preteritum in ui. habent ſupinum. pre ter ſex que per ſex ſyllabas intelliguntur. per pla placeo ces. no noceo ces. ca careo cares. va va/leo les. pa pateo pates. do doleo doles. Deinde declarat quomodo faciant in ſupinis dicenſ. ꝙ no ceo doleo placeo ⁊ valeo faciunt ſupina in itum. Careo facit caritum vel caſſum. iſta ſunt exempla de ſex. pareo paritum. liceo licitum. oleo olitum. ⁊ taceo tacitum. iſta ſunt exempla de paucis ⁊ ſi inueniantur alia verba neutra habentia ſupinū poteſt ſolui per hoc quod dicit pauca.

Cum dat ui pateo dat paſſum: torreo toſtum.

Dicit ꝙ pateo pates licet faciat preteritum in ui. tamen facit paſſum in ſupino. Torreo torres facit toſtum in ſupino.

Pando pati pateo paſſum fecere ſupino.

Dicit ꝙ iſta tria verba pando pandis. patior ris. ⁊ pateo tes. faciunt paſſum in ſupino. Quidam habent hunc verſum. quidam non. ſed ſi habetur ponitur hic ad denotandum differentiam que eſt inter paſſum ſupinū de pateo ⁊ paſſum de pando ⁊ paſſum de patior.

De formatōe preteritorum ⁊ ſupinorum tertie ꝯiugationiſ

Verſibus his terna formatio fiet aperta.

In hac parte auctor determinat de tertia ꝯiugatiōe verborum. Et dicit ꝙ in ſequentibus verſibus tertia formatio. id eſt. ꝯiugatio fiet aperta. id eſt. manifeſta.

Ui vel ui vel di ri ci ni dat tertia gi xi:
Li ſi bi pi pſi pariter mi qui quoqꝫ cum ti.

Auctoꝛ ponit generaliter omnes terminatiões preteritoꝝ verboꝝ tertie ꝯiugatiõis ⁊ dicit. Uer/ba tertie ꝯiugatiõis aliquando faciũt preteritũ in vi vt tero triui. aliqñ in ui. vt ſtrepo ſtrepui. in di. vt reddo reddidi. in ri. vt curro cucurri. in ci. vt vinco vici. in ni. vt cano cecini. in gi. vt lego le gi. in xi. vt dico dixi. in li. vt pello pepuli. in ſi. vt mergo merſi. in bi. vt bibo bibi. in pi. vt rumpo ru pi. in pſi. vt ſoꝛbeo ſoꝛpſi. in mi. vt emo emi. in qui. vt linquo liqui. in ti. vt verto verti.

Cio **A breuis ante cio cum compoſitis facit eci.**

Dicit A. ꝙ verba terminata in cio a breui precedente faciunt preteritum in eci tam ſimplicia ꝙ̃ compoſita. vt facio feci ⁊ reficio refeci.

**Elicui preter. cio cetera formatin exi.**

Dicit ꝙ oĩa alia ṽba ĩ cio deſinẽtia faciũt p̃teritũ in exi. vt allicio allexi. p̃ter elicio qḋ facit elicui.

**Elicui dat itum: ci vel xi tranſeat in ctum.**

Dicit ꝙ hoc verbum elicio facit elicitum in ſupino. Ci vel xi. facientia preteritum in ci vel in xi. fa/ciunt ſupinũ in ctum. vt facio feci factum. ⁊ reſpicio reſpexi reſpectum.

**Si preſens tenet a: tenent hic et vbiꝗ ſupina.**

Dicit ꝙ ſi pñs tps tenꝫ a. vt facio. ſupina retinẽt a. vt factũ. ⁊ hoc itellige vbiꝗ. i. in oĩ ꝯiugatiõe

**A ſi compoſita mutant in i: dant e ſupina.**

**Ut probat inficio: ſed debes demere do go.**

Dicit ꝙ ſi cõpoſita mutãt a in i. tunc ſupinũ tenet e. vt ꝓbat inficio infeci infectũ. qḋ componitur ex in ⁊ facio. Deinde ponit exceptionẽ cũ dicit. Sꝫ debes demere do go: quaſi dicat ꝙ ṽba in do ⁊ in go terminata excipiẽda ſunt a regula p̃dicta. qꝛ nõ hñt in ſupino ſicut regl'a p̃ſupponebat. immo retinẽt illã lr̃am quã hꝫ ſuũ ſimplex. vt occido occaſuꝫ. qḋ cõponitur ex ob ⁊ cado. ⁊ exigo exactũ qḋ componitur ex ex ⁊ ago. deberem⁹ enim dicere occeſum ⁊ exectum.

Dio Gio **Dat di ſumꝗ dio: gio gi dat itumꝗ ſupino.**

Dicit A. ꝙ verba tertie ꝯiugationis in dio deſinentia faciunt preteritum in di ⁊ ſupinũ in ſum ꝑ duplex ſ. vt fodio fodi foſſum. Deinde dicit ꝙ verba tertie ꝯiugatiõis terminata in gio faciũt pre teritum in gi ⁊ ſupinũ in itum. vt fugio fugi fugitum.

Pio **Dat pio ſemper ui: ſine cepi ſiue cupiui**

Dicit A. ꝙ verba tertie ꝯiugatiõis deſinentia in pio quomodocũꝗ faciunt preteritũ in ui. vt ra/pio rapui. ſine cepi ſiue cupiui. id eſt. excepto hoc verbo capio quod facit cepi ⁊ ſine hoc verbo cu/pio quod facit cupiui.

**Ptum facit omne pio: ſapio cupioꝗ remotis:**

**Dat ſapio ſapui ſapitum: cupioꝗ cupitum.**

Dicit ꝙ ṽba tertie ꝯiugatiõis deſinẽtia in pio quomodocũꝗ faciant preteritũ. faciũt ſupinũ in ptum. vt rapio rapui raptũ. ⁊ capio cepi captũ. Deinde ponit exceptionẽ dicẽſ. Sapio cupioꝗ re motis. quia non faciunt ſupinũ in ptum. immo ſapio facit ſapitũ ⁊ cupio cupitum.

Rio **Dat peperi pario paritum partumꝗ ſupino.**

Dicit auctoꝛ ꝙ pario facit peperi ⁊ paritum vel partum in ſupino.

Tio Uo **Dat ſi ſumꝗ tio. ſed vtrolibet s geminando**

Dicit ꝙ verba tertie ꝯiugatiõis deſinẽtia in tio habent ſi in preterito ⁊ ſum in ſupino. geminãdo s vtrolibet. i. tam in p̃terito ꝙ̃ in ſupino. vt percutio percuſſi percuſſum. quatio quaſſi quaſſum

**Semper uo dat ui: debet ſtruo cum fluo demi**

**Et pluo: de hinc utum producit dando ſupinum:**

**Xum fluxi: ſtructum ſtruxi: pluo vi dat et utum**

**Datꝗ plui.**

**Dat ruitum ruo ſiue rutum: non nullaꝗ nullum.**

Dicit A. ꝙ ṽba tertie ꝯiugatiõis terminata in uo diuiſas ſyllabas ſemꝑ faciunt p̃teritũ in ui di/uiſas ſyllabas. vt acuo acui. ſꝫ ſtruo fluo ⁊ pluo excipiãtur. ¶ Poſtea dicit illa que faciũt preteri/tum in ui faciũt ſupinũ in utũ penul. produ. vt acuo acui acutũ. Ideo dicit de hinc utũ ꝓducit ⁊c. Xum fluxi. i. fluo facit fluxi in p̃terito ⁊ fluxũ in ſupino. ſtructũ ſtruxi. i. ſtruo facit ſtruxi in p̃teri/to ⁊ ſtructũ in ſupino. pluo dat pluui in p̃terito ⁊ plutũ in ſupino. etiã facit plui. Ideo dicit A. Datꝗ plui. Uñ Jacobi. v. Et nõ pluit annos tres ⁊ mẽſes ſex. Et ruo rui facit ruitũ vel rutũ in ſu/pino. nõnulla. i. aliq̃ ṽba in uo termiata nullũ dãt ſupinũ. vt renuo renui. metuo tui. reſpuo ſpui

Bo **Bo pſi ptum ꝗ facit: ſi littera longa preibit.**

In hac pte A. determinat de p̃teritl ⁊ ſupinis ṽboꝝ tertie ꝯiugatiõis deſinentiũ in bo p̃cedẽte lr̃a longa. dicit ergo ſic. Bo. i. ṽbũ tertie ꝯiugatiõis in bo terminatũ hñs vocalẽ longam ante bo. facit

pꝛeteritum in pſi ⁊ ſupinū in ptum. vt nubo nupſi nuptum. ⁊ ſcribo ſcripſi ſcriptum.

**Cetera bi faciunt: pꝛeter que de cubo fiunt.**

Quaſi dicat ꝙ cetera verba tertie ꝯiugatiōis terminata in bo ſcilicet que non habent vocalem lon
gam ante bo faciunt pꝛeteritum in bi. vt bibo bibi. pꝛeter illa que deriuantur a cubo cubaſ que fa
ciunt pꝛeteritum in ui. vt incumbo incūbis incubui. recumbo recūbis recubui. Alexander hic nō
oſtendit ꝙ compoſita a cubo habent ui in pꝛeterito. ſed hoc ſcitur per illam regulam. Simplicium
noꝛma foꝛmabis compoſitiua. Quia cubo habet ui in pꝛeterito vt cubui. vt dictuꝫ eſt in pꝛima cō
iugatione ibi. Nam cubo ſiue crepo ⁊c. pꝛetereūt in ui diuiſas. Igitur compoſita de cubo etiam ha
bent ui in pꝛeterito. Et omnia compoſita a cubo que retinent m ante bo ſunt tertie ꝯiugatiōis ⁊ ex
cipiuntur a regula. Cetera bi faciunt. vt diſcumbo diſcumbis. accumbo accumbis. que autem nō
retinent m ante bo ſunt pꝛime ꝯiugatiōis. vt accubo accubas. incubo incūbas. excubo excubaſ. ⁊ ta
lia non excipiuntur a regula pꝛedicta.

**Et niſi pſi faciant: per itum bo cuncta ſupinant.**

Dicit ꝙ omnia verba tertie ꝯiugatiōis in bo deſinentia faciunt ſupinū in itum. vt bibo bibitū. ni
ſi faciant pꝛeteritum in pſi. quia tunc faciunt in ptum. vt ſcribo ſcripſi ſcriptuꝫ. vt dictū eſt ſupꝛa

**Si co pꝛeueniat vocalis longa: facit xi.**

Dicit ꝙ verba tertie ꝯiugatiōis deſinentia in co habentia vocalem longam ante co faciunt pꝛeteri
tum in xi. vt dico dixi.

**Sed ſi pꝛeueniat n vel s immediate**
**N vel s abijcitur: hec ci facit: illa facit vi.**
**Hinc vinco vici ſunt teſtes creſcoqꝫ creui.**

Dicit auctoꝛ ꝙ verba tertie ꝯiugatiōis habentia n vel s ante co immediate abijciunt n ⁊ s in pꝛe
terito. Et illa que habent n faciunt ci. vt vinco vici. ⁊ illa que habent s vi faciunt. vt creſco creui.
Ideo dicit. Hinc vinco vici ſunt teſtes creſcoqꝫ creui.

**Excipe conquexi didici compeſco popoſci.**

Dicit A. ꝙ hec verba excipi debent a regula pꝛedicta ſcilicet conquiniſco quod deberet facere ꝯqui
nui ⁊ facit conquexi. ⁊ idem eſt quod caput inclino. ſicut ꝯniueo idem eſt quod oculos claudo.
Unde. Qui mihi ꝯniuet oculis ſignū mihi pꝛebet. Qui caput inclinat ſe ꝯquiniſcere dicat. Et di
ſco facit didici. ⁊ compeſco compeſcui. ⁊ poſco popoſci. Auctoꝛ nō docet quomodo compeſco habeat
in pꝛeterito. quia compeſcui non poteſt ſtare in iſto metro ſed dimittit peritie lectoꝝ.

**Et que pꝛeteritis caruerunt atqꝫ ſupinis:**
**Hec ſunt verba quibus inceptio ſignificatur.**

Dicit A. ꝙ etiam verba inchoatiua excipiuntur ab illa regula. N vel s. quia carent pꝛeteritis ⁊ ſu
pinis. vt caleſco caleſcis. ferueſco ferueſcis.

**Gliſco pꝛeteritum: conquexi tolle ſupinum.**

Quaſi dicat ꝙ gliſco gliſcis caret pꝛeterito. ⁊ ꝯquiniſco caret ſupino. Conſtrue ſic. Tu tolle pꝛe
teritum perfectum illius verbi gliſco. ⁊ ſupinū huius verbi conquexi. Sed obijcitur contra aucto
rem. quia dicit in illa parte Donatum ſequere. ꝙ gliſco habet pꝛeteritum. Dicendum eſt ꝙ in il
la parte loquitur ſm artem. in iſta vo ſm vſum. ideo non eſt obijciendum.

**Ici pꝛeteritum pꝛebens ico migrat in ictum**

Dicit ꝙ hoc verbum ico facit ici in pꝛeterito ⁊ ictum in ſupino. Et eſt ico idem quod percutio. Et
ſm quoſdam pꝛima ſyllaba huius verbi ico ꝓducitur. Et ſic eſt exceptio ab illa regula. Si co pꝛe
ueniat. Sed ſm alios coꝛripitur ⁊ etiam ſm auctoꝛem quod patet quia ponit breueꝫ. Et hoc mo
do eſt doctrina.

**Pꝛeteritum parco dat parſi ſiue peperci:**
**Dat parſi parſum: de ſe nullumqꝫ peperci.**

Dicit ꝙ parco facit pꝛeteritum parſi ⁊ peperci. ⁊ quando facit parſi facit parſum in ſupino. ⁊ quā
do facit peperci in pꝛeterito caret ſupino.

**Ci vel xi dat ctum: vi tum facit: excipias que**
**Excipienda docet que dat vo noꝛma ſecunde.**

Dicit A. ꝙ verba tertie ꝯiugationis terminata in co facientia pꝛeteritū in ci vel in xi faciunt ſupi
num in ctum. vt vinco vici victum. ⁊ dico dixi dictum. Deinde dicit ꝙ facientia pꝛeteritum in vi
mutant vi in tum. vt creſco creui cretum. Ponit exceptionem dicens. Excipias illa verba que faci
unt pꝛeteritum in vi que noꝛma ſecunde ꝯiugationis de terminatis in vo data docet excipienda.
Unde ſi vis videre ea que excipiuntur. habeas recurſum ad illam regulam in ſecunda ꝯiugatio
ne poſitam. que incipit. Dat vo vi. per tum vi foꝛmat vbiqꝫ ſupinū. Ibidem excipiuntur paſco
agnoſco ⁊ cognoſco. que nō ſimpliciter mutant vi in tū ſed aliter faciūt ſupina. vt ibidē docetur.

Dant in itum diſco compeſco poſco ſupina.
Quaſi dicat ꝙ poſco facit poſcitum. compeſco compeſcitum. diſco diſcitum. ⁊ hoc de arte ⁊ non de vſu.
Do In ſi do vertit: ſi per ſe longa preibit
Ante do vocalis. cu ſi ſtri ce peꝗ remotis.
Hec faciunt cudi ſtridi ceſſiꝗ cecidi.
Nullum ſido gerit: quod turpe ſonat fit in edi
Nulla ſupina gerens: ceſſi creat s ſibi duplex.
Dicit A. ꝙ ỽba tertie ꝯiugatiōis deſinētia in do mutāt do in ſi in p̄terito ſi hn̄t vocalē naturaliter longā an̄ do. vt ludo. ſi. ⁊ ledo. ſi. Deinde ponit exceptionē dicēs. Cu ſi ſtri ce peꝗ remotꝭ ỽbis q̄ intelligūtur p has ſyllabas ſcꝫ cu. vt cudo dis cudi. ſi vt ſido dis. carꝫ p̄terito ⁊ ſupino. Ideo dicit. Nullū ſido gerit. ſtrido di. cedo qͦ aliqn̄ facit ceſſi ⁊ aliqn̄ cecidi. Illud qͦ turpe ſonat. ſ. hn̄ſ turpem ſignificationē fit in edi. vt pedo dis pepedi ⁊ caret ſupino. Ideo dicit. Nulla ſupina gerens. Deinde dicit ꝙ cedo cedis ceſſi debet ſcribi per duplex s. Et ſic excipitur.
A do compoſita formabunt di geminata.
Dicit ꝙ cōpoſita a do das tertie ꝯiugatiōis faciunt preteritum in di geminando vltimam ſyllabam. vt reddo reddis reddidi.
His iunges prendo: diphthongus ſi tibi format.
Quaſi dicat ꝙ hoc ỽbū prēdo iūgitur cuꝫ p̄dictꝭ. qꝛ geminat p̄teritū in vltima ſyllaba. vt prēdo prendidi. diphthongus. id eſt. verbum habens diphthongum ante do prebet tibi ſi in preterito. vt claudo clauſi.
Ante do ſi veniat i vel u ſimul n mediante
In di pretereunt: ſed in his n demitur ante.
Dicit A. ꝙ verba tertie ꝯiugationis deſinentia in do habentia i vel u ante do n mediante faciūt preteritum in di mutando do in di. Sed n remouetur. vt fundo fudi. ⁊ findo fidi.
Tu geminans tundo tutudi dat ſumꝗ ſupino.
A. excipit hoc ỽbū tūdo qͦ gemiat illā ſyllabā tu in p̄terito ⁊ facit tutudi. ⁊ dat ſum in ſupino. vt tuſum. id eſt. percutio.
Dat tundo tutudi: donat tondeo totondi.
Tondeo dat tonſum: ſed prebet tundere tuſum.
Hic ponit dr̄am inter tūdo tūdis ⁊ tōdeo tōdes. Lr̄a ē clara. Tūdo tūdis tutudi tūdere tuſum ſignificat pcutere ỽberare ꝯterere ꝯfringere ⁊ ē tertie ꝯiugatiōis. Tōdeo tōdes totondi tondere tōſum ſignificat capillos ſecare vel aliud ⁊ diminuere ⁊ in circuitu corrodere ⁊ ē ſecunde ꝯiugationis. Pertinet etiam ad oues. Unde primo Regum. xxv. Audiui ꝙ tonderent paſtores tui greges tuos.
Ante do diphthongus: productaꝗ littera: vel que
Do dedit: aut i vel u ſuper n prendoꝗ pateſcunt
Et tundo.
Nil aliud mutans prebet per cetera di do.
A. epilogat ea q̄ dixit de ỽbis terminatꝭ in do. vt aliā inferat regulā. Et dicit. ꝙ hn̄tia diphthōgū an̄ do. vt claudo. ⁊ lr̄am pductā. vt ludo: ⁊ illa q̄ cōponūtur ex do das. vt reddo. ⁊ illa q̄ hn̄t i vel u ſupra. Deinde infert regulam dicēs ꝙ omnia alia ỽba in do termiata prebent di in p̄terito nil aliud mutando niſi do in di. vt ſcando ſcandi.
Diuido ſi demas: et que fiunt geminando.
Datꝗ cado cecidi.
Tendo tetendi pendo pependi dat quoꝗ pendi
Hic ponit exceptionem a regula predicta dicens. Tu demas. id eſt. excipias hoc verbum diuido quod facit diuiſi. ⁊ illa verba que geminant preteritum. vt cado cecidi. tendo tetendi. pendo pependi vel pendi.
Do ſum prebet in his. exceptis a dare natis.
Iſta ſupinantur per itum: quotiens geminantur.

# De tertia coniugatione

Abſcondo dat itum geminans di: non geminans ſum.
Dicit A. ꝙ in his v̄bis p̄dictꝪ do mutatur in ſum formādo ſupinū. vt ludo luſum. claudo clauſuꝫ. diuido diuiſum. Deinde ponit exceptionē dicēs ꝙ deriuata ab hoc v̄bo do das excipiūtur. q̄m iſta ſupinātur in itū quotiēs geminātur. vt reddo dis reddidi redditū. Deīde dicit ꝙ abſcōdo facit abſcōditū vel abſcōſum. abſcōditū q̄n geminat di vt abſcōdidi. abſconſum q̄n non geminat di vt abſcōdi. Et nota ꝙ cōpoſita a do ſemꝑ geminātur in p̄terito p̄ter hoc v̄bū abſcōdo ꝙ aliq̄n geminat aliq̄n nō. Et cōponitur ex abs ⁊ condo. ⁊ condo componitur a con ⁊ do das.
A quibus eripitur: penultima ſi breuiatur.
Additur s duplex: ſi longa ſit s ſibi ſimplex.
Dicit A. ꝙ v̄ba tertie ꝯiugatiōis quibꝰ n eripitur in p̄terito. ſi penultima p̄teriti breuietur. geminātꝰ in ſupino. vt ſcindo ſcidi ſciſſum. ⁊ ſi penultima ſit lōga faciūt ſupinū in ſum ꝑ ſimplex s vt fundo fudi fuſum.
Dans paſſum pando: ſubducit n: s geminando.
Dicit ꝙ pando pandis remouet n in ſupino. ⁊ geminat s. ⁊ facit paſſum.
Pando pati pateo paſſum fecere ſupino.
Dicit ꝙ pando pandis. pati. i. patior pateris. ⁊ pateo pates faciunt in ſupino paſſum paſſu.
Dat tendo tenſum: tum quedam compoſitorum.
Dicit ꝙ tēdo dis facit tēſuꝫ in ſupino. ⁊ q̄dā ſuoꝝ cōpoſitoꝝ faciūt tū. vt ꝯtendo contentum.
Edi donat edo: ſum donans eſtumꝗ ſupino.
Nec ſua compoſita cogunt duplicare ſupina.
Nanꝗ dat ambeſus eſum. comedoꝗ comeſtum.
Dicit ꝙ edo es eſt facit edi in p̄terito ⁊ eſum vel eſtū in ſupino. Ex hoc ſua cōpoſita nō cogunt duplicare ſupina. Nāꝗ ꝓ q2 ambedo dat ambeſuꝫ. comedo comeſtū. Alij dicūt ꝙ ambedo habeat duplex ſupinū. ſ. ābeſuꝫ ⁊ ābeſtū. ſ3 illud ſupinū ambeſuꝫ magꝪ ē in vſu. Similiter dicūt ꝙ cōedo habeat duplex ſupinū. ſ. comeſuꝫ vel comeſtū. vn̄ inuenitur comeſo ſas are verbum frequentatiuū. ſimiliter comeſatio onis. nomen verbale. ſed illud ſupinū comeſtum magis eſt in vſu.
Si facit r go: niſi ſint a rego nata: ſed in xi Go
Cetera ſunt: pun pan le tan ſed demis et a fran.
Hec cum compoſitis dant gi: tribus a lego demptis.
Hec intelligo diligo negligo que faciunt xi.
In hac p̄te A. determinat de p̄teritꝪ ⁊ ſupinis v̄boꝝ tertie ꝯiugatiōis deſinētiū in go. dicēs ꝙ v̄ba deſinētia in go h̄ntia r an̄ go faciūt p̄teritū in ſi. vt tergo ſi. niſi ſint nata. i. deriuata a rego gis. S3 cetera q̄ nō h̄nt r an̄ go. faciūt p̄teritū in xi. vt tego texi. S3 excipitur pūgo pāgo lego tāgo ago ⁊ frango. que cum eorum compoſitis faciunt preteritum in gi. Exceptis tribus compoſitꝪ a lego legis. que faciunt in xi. vt intelligo intellexi. diligo dilexi. negligo neglexi.
Preteritum triplicat et ſenſum pango: paciſci
Dat pepegi: panxi dat cantus: iungere pegi.
Quaſi dicat ꝙ pango gis h3 triplex p̄teritū ⁊ triplex ſignificatū. Nā aliq̄n idem eſt q̄d paciſci ſiue pactū facere ⁊ tūc facit pepigi. aliq̄n idē eſt q̄d canere ⁊ tūc facit pāxi. Et aliq̄n idē eſt q̄d iūgere. ⁊ tunc facit pegi. Job. x. Oſſibus ⁊ neruis compegiſti me.
Tango facit tetigi: ſed ago vel frango dant egi.
Dicit ꝙ tango tangis facit tetigi in p̄terito. S3 ago ⁊ frāgo faciūt p̄teritū in egi. vt egi ⁊ fregi.
Preterito duplici duo ſignans ſtimulando
Pungo facit pupugi: punxi punctos numerando.
Dicit ꝙ pungo pungis ſignificans duo. id eſt. habens duas ſignificationes duplici preterito. id ē ꝑm duplex preteritum. facit pupugi ſtimulando. id eſt. quando ſignificat idem quod ſtimulo. facit punxi quando ſignificat idem quod punctos numerales facio.
Dego degi dabit: quod dat rego xi ſociabit.
Dicit ꝙ hoc verbum dego degis facit degi in preterito. Deinde dicit ꝙ deriuata a rego regis. faciūt in xi. vt ſurgo ſurrexi. dirigo direxi.
Dans go ſi ſum dat: per ctum gi xiꝗ ſupinat:
Dat fixi fixum. ſed dego dabit tibi nullum.
Dicit ꝙ verba tertie ꝯiugatiōis deſinentia in go facientia preteritum in ſi faciunt ſupinū in ſum

vt tergo terſi terſum. Et facientia p̄teritum in gi ⁊ in xi. faciunt ſupinū in ctum. vt legi lectum. et texi tectum. iunxi iunctum. Et excipit hoc verbum figo quod q̄uis habeat xi in preterito tamē nō facit ſupinū in ctum ſed facit fixum. Similiter excipit hoc verbum dego ꝙ licet habeat gi in prete rito tamen non facit ſupinū in ctum quia caret ſupino.

I vel a ſi preg go venit n mediante: ſupino
Semper n eripitur: cin tin an excipiantur.

Dicit ꝙ verba tertie ꝯiugationis in go deſinentia habentia i vel a ante go n mediante: ſemper n eri pitur in ſupino. vt mingo minxi mictum. ⁊ frango fregi fractum. Excipiuntur verba intellecta per has ſyllabas. videlicet cin vt cingo. tin vt tingo. an vt ango. quia retinent n in ſupino. Et hoc declaratur in ſequentibus.

N retinet ango cingo tingoq̄ʒ ſupino
Et plango clango ſtingo.

Dicit ꝙ iſta verba retinent n in ſupino licet habeant i vel a ante go n mediante. vt ango anctū. tin go tinctum. cingo cinctum. plango planctum. clango clanctum. ſtingo ſtinctum.

Ho } Ho xi ctumq̄ʒ facit. dat ui lo: ni geminetur
Lo } Li bi: tunc per li lo preterit: excipe vulſi
Dat etiam velli.

Dicit ꝙ verba deſinentia in ho faciunt preteritū in xi ⁊ ſupinum in ctum. vt traho traxi tractum Deinde dicit ꝙ deſinentia in lo non geminātia l faciunt p̄teritum in ui diuiſas ſyllabas. vt colo co lis colui. Notanter dixit. ni geminetur l quia ibi ſcilicet in illo verbo quo l geminatur. lo mutatur in li formando preteritum. vt pſallo pſalli. vello velli. tamen excipitur inquantū facit vulſi. ſʒ in quantum habet velli non excipitur.

L duplex repetit mutam: ſi muta preibit.

Dicit ꝙ quando verbum in lo terminatuʒ duplicat l muta precedente l exiſtente in principio pri me ſyllabe. tunc illa muta geminatur in preterito. vt fallo fefelli. ⁊ pello pepuli.

Tollo tuli: ſallo ſalli dat pſalloq̄ʒ pſalli.

Dicit A. per modum exceptionis. ꝙ iſta verba tollo pſallo ⁊ ſallo licet geminēt l in preſenti. ⁊ ha beant mutam in principio prime ſyllabe. tamen non geminant preteritum. immo faciunt vt patet in littera. ſallo dat ſalli. pſallo pſalli. tollo tuli.

L ſimplex dat tum: ſed ſum geminata ſupino.

Dicit ꝙ deſinentia in lo per ſimplex l faciunt ſupinū in tum. vt colo colui cultum. Sed habentia duplex l faciunt ſum in ſupino. vt fallo fefelli falſum. pello pepuli pulſum.

Tum vel itum dat alo: caret omni malo ſupino.
Pſallere nolle carent: alienum dat tibi tollo.

Ponit exceptionem dicens. ꝙ alo alis dat altum vel alitum in ſupino. Malo caret omni ſupino. pſallere. id eſt. pſallo. ⁊ nolo nonuis caret ſupino. tollo tollis dat tibi alienū ſupinum. videlicet ſuſtuli ſublatum.

Mo Mo dat ui dat itum: premo preter emoq̄ʒ: ſed illa
Excipias: quibus eſt per ſe penultima longa:
Nam pſi preterito tunc reddunt ptumq̄ʒ ſupino.

Dicit ꝙ verba deſinentia in mo faciunt p̄teritum in ui. vt tremo tremis tremui. Preter emo ⁊ pre mo de quibus ſtatim dicetur. Sed excipias illa verba. quibus eſt per ſe penultima longa que faci unt p̄teritum in pſi ⁊ ſupinū in ptum. vt promo prompſi promptum.

S geminat premo ſi ſum dans: emo mi dat et emptum.

Dicit ꝙ premo facit preſſi in preterito ⁊ preſſum in ſupino geminando s. emo emis facit emi in preterito ⁊ emptum in ſupino.

No No dat ui g vel o ſi preſit: et a cano nata.

Dicit ꝙ deſinentia in no g vel o precedente faciunt preterituʒ in ui. vt gigno gignis genui. ⁊ pono ponis poſui. ⁊ nata. id eſt. deriuata a cano canis per compoſitionem. vt precino precinis precinui.

Ante no pſi facit m: preter cano: cetera vi dant.

Dicit ꝙ habentia m ante no faciunt preteritū in pſi. vt ꝯtēno ꝯtempſi. Cetera v̄o que nō poſſunt ꝯtineri ſb̄ regul̄ p̄dict̄ faciūt p̄teritū in vi. vt ſterno ſtraui. p̄ter cano caniſ q̄ꝺ facit cecini. Auctor nō docet quō cano faciat p̄teritū. q2 cano ē v̄bū multū vſitatū iō p̄ſuppōit ꝙ p̄teritū ei9 ſit notuʒ.

Dat lino lini vel liui dic quoq̄ʒ leui

# De tertia coniugatione

Dicit ꝙ lino habet triplex p̄teritū .videlicꝫ lini liui vel leui .⁊ non eſt in vſu in ſimplicitate ſꝫ in compoſitione ita videlicet oblino oblinis.

**Po per ui dat itum.ſine natis a cano:nam tum**
**N precedit in his:pſi ptum dat:viqꝫ facit tum.**

Dicit ꝙ verba tertie ꝯiugatiōis deſinentia in no facientia preteritū in ui.faciunt ſupinū in itum. vt gigno genui genitum. Sine natis a cano.id eſt.verbis deriuatis a cano canis .nam in his n precedit tum.vt precino precinis precinui precētum.ꝯcino ꝯcinis ꝯcinui ꝯceutū.pſi ptum dat. id ē facientia preteritū in pſi dant ſupinū in ptum.vt ꝯtemno ꝯtempſi ꝯtemptū.viqꝫ facit tum.id ē facientia p̄teritum in vi faciunt ſupinū in tum.vt ſterno ſtraui ſtratum.

**Po dat ui dat itum breuis e ſi preuenit: m pi.** Po
**Ptumqꝫ remota facit:pſi cetera ptumqꝫ dedere:**

Dicit ꝙ verba deſinentia in po e breui precedente faciunt preteritū in ui ⁊ ſupinū in itum. vt ſtrepo ſtrepui ſtrepitum.Si vo m ſit ante po.m remouetur ⁊ po mutatur in pi. vt rumpo rupi. ⁊ ſupinum facit ptum.vt ruptum.Cetera ſcilicet que non habent e breuem nec m ante po. faciunt preteritum in pſi ⁊ ſupinū in ptum.vt repo repis repſi reptum.

**Dat linquo liqui:coquo coxi:ctum dat vtrunqꝫ.** Quo

Dicit ꝙ linquo linquis facit liqui in preterito.⁊ coquo facit coxi . vtrunqꝫ facit ſupinū in ctū.vt lictum ⁊ coctum.Intellige ſm artem.

**Ro vi tumqꝫ facit:ge cur excipiendo ver vꝛ.** Ro
**Dat ſi ſtumqꝫ gero.velut vro.curro cucurri**
**Curſum.ri vel ſi verro verſumqꝫ ſupino.**

Dicit ꝙ verba deſinentia in ro faciunt p̄teritum in vi ⁊ ſupinū in tum.vt tero triui tritum.excipiē do verba intellecta per has ſyllabaſ.videlicet ge.id eſt.gero.cur.id eſt. curro.ver.id eſt. verro .v.i. vro.quia gero facit geſſi in p̄terito ⁊ geſtum in ſupino.vro vſſi vſtum. curro cucurri curſum. verro verri vel verſi verſum.

**Quero queſiui:queſitum redde ſupino.**

Dicit A.ꝙ hoc verbum quero facit queſiui in p̄terito ⁊ queſitū in ſupino.⁊ excipitur ab illa regula. Ro vi tumqꝫ facit.eo ꝙ facit queſiui queſitum.⁊ deberet facere queui quetum per mutationem de ro in vi.⁊ de vi in tum.Et ſic excipitur tm̄modo ꝓpter hoc qđ ſuperat preſens tempus vna ſyllaba.quia illa regl'a. Ro vi tumqꝫ facit.intelligenda eſt de preteritis in vi ⁊ đ ſupinis in tum que ſunt paria preſenti tempori in ſyllabis.Veruntamen quero non excipitur quantum ad finalem ſyllabam quia facit vi ⁊ tum.

**A ſero compoſita ſerui ſertumqꝫ dedere.**
**Inſero ſic format et conſero:viqꝫ ſitum dat**
**Sic ſero formauit prius:et ſenſum duplicauit.**

Compoſita a ſero ſeris dederūt ſerui in p̄terito ⁊ ſertum in ſupino.⁊ inſero format ſic ſimiliter ⁊ conſero.vt inſero inſerui inſertum.conſero conſerui conſertum.Et inſero dat etiam vi in preterito ⁊ itum in ſupino.ſimiliter ⁊ conſero.vt inſero inſeui inſitum.conſero conſeui conſitum.Deinde reddit cauſam huius ponendo regulam de ſero ſeris.⁊ dicit.Sic ſero formauit prius anqꝫ eſſꝫ compoſitum duplex preteritum ⁊ duplex ſupinū.ſcilicet in rui ⁊ in vi ⁊ in tum ⁊ in atum.vt ſero ſerui vel ſeui ſertum vel ſatum.⁊ etiam ſenſum.id eſt.ſignificatū duplicauit. quia ſero ſeui ſatuꝫ eſt idem quod plantare aut ſeminare.ſed ſero ſerui ſertū idem eſt quod ordinare.vt cum dicitur. Ille ſeminat ſcholares in ſtudio.id eſt.ordinat.Et ſunt quedam compoſita de ſero que ꝯueniūt cuꝫ illo ſignificato quod eſt plantare vel ſeminare.⁊ illa faciunt vi ⁊ itum.vt obſeui obſitum.Et ſunt alia compoſita que diſconueniūt ab vtroqꝫ ſignificato de ſero ⁊ illa faciūt in rui ⁊ in ertum .vt deſero pro derelinquo deſerui deſertum.Et ſunt alia compoſita que ꝯueniūt in vtroqꝫ ſignificato de ſero.⁊ illa faciunt vi ⁊ rui.⁊ ſitum ⁊ ſertum.vt conſero conſerui vel conſeui conſertum vel conſitū Unde.Cum ſero ꝯueniunt hec.circū.con.ob.in.⁊ inter.De.dis. ex. as. pre.pro. ſignant aliudqꝫ. Conuenientia cū ſero vi tum danteqꝫ creatis.Que diſcōueniūt ſerui ſertum ſibi ſumunt. Que geminant ſenſum geminant preterqꝫ ſupinū.Preter idem eſt quod preteritum in hoc verſu.

**So ſiui ſitumqꝫ facit:ſed deme capeſſo** So
**Quod ſi ſumqꝫ facit:ſic viſo ſicqꝫ faceſſo**

Dicit ꝙ deſinētia in ſo faciūt p̄teritū in ſiui ⁊ ſupinū in ſitū.vt laceſſo ſis.ſiui ſitū.Sꝫ deme.i.excipe capeſſo ſis qđ facit capeſſi in p̄terito ⁊ capeſſuꝫ.in ſupio.viſo ſis .⁊ faceſſo ſis ſic. id eſt. ſimiliter faciunt.⁊ ſunt verba deſideratiua.

**Pinſoqꝫ preteritum per ui formando:dat iſtum.**

Dicit ꝙ pinſo pinſis facit pinſui in preterito ⁊ piſtum in ſupino.

cto Ante to c veniens in xi cto mutat et in xum.
Dicit ꝙ deſinentia in to c precedente mutant cto in xi in preterito ⁊ xi in xum in ſupino. vt flecto flexi flexum.
Datqꝫ xui pecto pariter xi: ſic quoqꝫ necto.
Dicit ꝙ pecto facit pexui in preterito vel pexi. ⁊ ſimiliter necto facit nexui vel nexi.
E duo corripiunt: quorum peto ui facit et tum:
S geminando ſui format meto: deinde facit ſum.
Dicit ꝙ duo verba habent e breuem ante to ſcilicet peto ⁊ meto. peto facit petiui in preterito ⁊ petitum in ſupino. meto facit meſſui in preterito ⁊ meſſum in ſupino geminando ſ.
Ante to verba duo retinent r: abſqꝫ ſupino
Prebet ui ſterto: ti format ſum quoqꝫ verto.
Dicit ꝙ duo verba habent r ante to. vt ſterto ſtertis ⁊ verto vertis. ſterto facit ſtertui in preterito. et caret ſupino. verto facit verti in preterito ⁊ in ſupino verſum.
Dat ſi ſum mitto: tamen ſ geminando ſupino.
Dicit ꝙ mitto mittis facit in preterito miſi ⁊ in ſupino miſſum geminando ſ.
Dat ſiſto ſtatui ſi tranſeat atqꝫ ſtatutum.
Sed ſi ſit neutrale ſteti: nullumqꝫ ſupinum.
Dicit ꝙ hoc verbum ſiſto ſiſtis ſi tranſeat. id eſt. ſi eſt tranſitiuũ facit ſtatui in preterito ⁊ in ſupino ſtatutum. Sꝫ ſi ſit neutrale. id eſt. neutrum abſolutum facit ſteti in preterito ⁊ caret ſupino.

Uo L vo preueniens de vo vi format et vtum:
Dicit ꝙ habentia l ante vo faciunt preteritū in vi mutando vo in vi vt volui. ſupinũ facit volutũ
Longaqꝫ precedens vocalis xi facit et ctum.
Dicit ꝙ verbũ habens vocalē longā ante vo facit preteritum in xi. vt viuo vixi ⁊ ſupinũ facit victũ
Xo dat ui xum nexo: format texoqꝫ textum.
Dicit ꝙ deſinentia in xo faciunt preteritum in ui. vt nexo nexui. ⁊ texo texui. nexo facit nexum in ſupino. ⁊ texo facit textum.

De formatiõe preteritorum ⁊ ſupinorũ quarte ꝯiugationis

Post predicta vide: que ſit formatio quarte.
In hac parte auctor determinat de preteritis ⁊ ſupinis verbor̃ quarte ꝯiugatiõis. Et primo ſe continuat cum precedentibꝰ dicens. Poſt predicta vide que ſit formatio quarte.
Ui vel ui vel ij ſi ri dat xi quoqꝫ pſi ni.
Auctor ponit generaliter omnes terminatiões preteritor̃ verbor̃ quarte ꝯiugatiõis dicẽs. Quarta ꝯiugatio dat in preteritis has terminationes. videlicet vi. vt audio audiui. vel ui. vt ſalio ſalui. vel ij. vt ſalio ſalij. vel ri. vt reperio reperi. ſi vt ſenſio ſenſi. xi vt vincio vinxi. pſi vt ſepio ſepſi. ni vt venio veni. ⁊ ſuũ compoſitum vt inuenio inueni.

Cio Dat cio xi quotiens n preuenit: hac ſine dat ſi.
Dicit ꝙ verba quarte ꝯiugationiſ deſinentia in cio n precedente faciunt preteritũ in xi. vt vincio vinxi. hac ſine dat ſi. id eſt. deſinentia in cio ſine hac littera n dant ſi in preterito. vt farcio farſi.
Non ſine compoſitis debent diſſyllaba demi:
Hec faciunt in ui. ſic format ſancio uel xi
Ponit exceptionem a regula predicta dicens. ꝙ verba diſſyllaba. id eſt duarū ſyllabarum in cio deſinentia debent demi. id eſt. excipi non ſine compoſitis. quia etiam cõpoſita excipiuntur. hec enĩ faciunt in ui vt ſcio ſciui. ⁊ neſcio neſciui. Deinde dicit ꝙ ſancio ſic format preteritum. quia facit ſanciui. vel ſancio etiam format xi vt ſanxi.
De verbis quarte que dat cio dicta notate.
Epilogãdo dicit magiſter. Notate de ṽbis quarte ꝯiugatiõis terminatꝪ in cio illa que dicta ſunt qꝛ de illis ſufficienter dictum eſt. Ideo dicit ꝙ ſunt notanda ea que dixit.
Cetera preteriti vocem fecere per iui.
Dicit ꝙ verba quarte ꝯiugationis que non poſſunt contineri in regulis predictis. faciunt preteritum per iui. vt audio audiui. ſeruio ſeruiui.
Sed legem caſſant hanc caſſus. et inde creata.
Haurio ſentio ſepio ſi. ui cambio vel pſi.
Dat venio veni. ſic que componis ab illo.

# De quarta coniugatione

**Dat ſalio ſalij ſalui quoqꝫ ſiue ſaliui.**

Ponit exceptionem a regula predicta dicens. Caſſus. id eſt. verba intellecta per has ſex litteras cōtentas in hac dictione caſſus. caſſant. id eſt. deſtruunt hanc legem. id eſt. regulam predictā. Per c intelligitur cambio bis. quod facit campſi vel cambiui. per a haurio ris hauſi. per ſ ſepio ſepſi. per ſ ſentio ſenſi. per u venio veni ⁊ eius compoſita. vt reuenio reueni. per ſ ſalio ſalij vel ſalui etiam habet ſaliui. ſed tunc non excipitur. Hoc etiam intelligitur de compoſitis eorum. vt exhaurio exhauſi. Et ideo dicit. ⁊ inde creata.

**Queqꝫ parit pario ſimul excipiuntur: et aio.**

Dicit etiam ꝙ verba illa que pario ris parit per compoſitionē. debent excipi a regula ſupradicta: quia non faciunt in ui. immo faciunt ſicut ſtatim dicetur. Et hoc verbum aio ais excipitur. de quo dabitur doctrina in capitulo de anomalis ⁊ defectiuis. Nota ꝙ pario paris in ſimplicitate ē tertie piugationis. in compoſitione vo quarte. vt reperio.

**A pario dant nata rui: niſi ꝙ reperire**
**Comperioqꝫ peri faciendo preteriere.**

Dicit auctor ꝙ deriuata a pario paris faciūt preteritum in ui. vt aperio aperui. niſi reperio ⁊ comperio quod facit reperi ⁊ comperi.

**In xi preterita per ctum fecere ſupina.**

Dicit ꝙ facientia preteritum in xi. faciunt ſupinū in ctum. vt vincio vinxi vinctum.

**L preeunte vel r ſi tum facit: his ſine dat ſum.**

Dicit ꝙ facientia preteritū in ſi l vel r precedente. faciunt ſupinū in tum. vt farcio farſi fartum ⁊ fulcio fulſi fultum. Facientia vo pteritū in ſi ſine his litteris. ſcꝫ. l. vel r. faciunt ſupinū in ſuꝫ. vt ſentio ſenſi ſenſum.

**Excipias hauſtum dans haurio: ſepio ſeptum.**

Hic auctor ponit exceptionem a regula predicta dicens ꝙ haurio ⁊ ſepio. licet faciant preterituꝫ in ſi. tamen excipiuntur. quia haurio facit hauſtuꝫ ⁊ ſepio ſeptum.

**Et venio: ſic dant ab eo venientia: ventum.**

Dicit ꝙ venio facit ventum in ſupino. ⁊ eius compoſita. vt reuenio reuentum.

**Et quicquid pario parit r preeunte facit tum.**

Dicit ꝙ compoſita a pario ris faciunt ſupinū in tum r preeūte. vt reperio ri repertum.

**In vi preteritum ſemper tanſfertur in itum.**

Dicit ꝙ facientia preteritum in vi faciunt ſupinum in itum. vt audiui auditum.

**Dat ſalio ſaltum: dum ui facit excipiendum.**

Dicit ꝙ ſalio facit ſaltum in ſupino. inquantum facit ſaliui in preterito excipitur. quia non facit ſalitum.

**A quibus eripitur duo deme ſupina: ſepultum**
**Quod ſepelire facit: amicire figurat amictum.**

Quia ſuperius dixit ꝙ facientia preteritum in vi faciunt ſupinū in itum. ideo dicit ponendo exceptionem in his verbis ſepelio ⁊ amicio. que cum deberent facere ſepelitum ⁊ amicituꝫ. abijciunt i et faciunt ſepultum ⁊ amictum.

**A queo compoſita vel eo breuiare ſupina**
**Conſtat: et ambitum non corripit ambio ſolum.**

Quia ſuperius dixit ꝙ facientia preteritum in vi faciunt ſupinū in itum penultimā producendo. modo ponit exceptionem in compoſitis ab eo is ⁊ queo quis dicens ꝙ corripiunt penultimā ſupini. vt nequeo nequiui nequitum. ⁊ tranſeo tranſiui tranſitum. Sed hoc verbum ambio ambis nō corripit immo producit penultimā ſupini. vt ambio ambis ambitum. Et ſi dicatur ⁊ obijciatur de hoc verbo ſuperbio bis quod producit penultimā ſupini dicatur ꝙ non eſt compoſitum de ſuper ⁊ eo. ſed eſt deriuatum de ſuperbus ſuperba ſuperbum.

De formatiōe ſupinoruꝫ ⁊ circumlocutione preteritorum deponentalium et aliorum ſolū paſſiuam voceꝫ habentium.

**Si reperire cupis ex deponente ſupina:**
**Actiui finge vocem: formaqꝫ per illam:**
**Sicut letatum veritum: ſed plurima verba**
**Illa creant aliter: probat hoc ratus atqꝫ miſertus.**

Superius Auctor nos docuit formare preterita ⁊ ſupina verborum tam actiuorum ꝙ̄ neutrorū. nunc autem docet ⁊ dicere intendit de ſupinis verborum deponentium ſiue de ſupinis verborum habentiū paſſiuā vocē. Et dicit. Si tu cupꝭ repire ſupina ex deponēte vbo. tu debes fingere vocē actiuā et pſuppponere ꝙ habeat vbū in o terminatū. ⁊ formare pteritū ⁊ ſupinū ſm illā vocē actiuā ⁊ repto

ſupino illius verbi actiue vocis immediate hab..is ſupinum verbi deponentis qđ ſimile eſt. Ex quo quidem ſupino ⁊ verbo ſum es eſt poteris ſupplere preteritũ illius verbi deponentis. De hoc A. ponit exemplum dicens. Sicut letatum veritum. Preſupponamꝰ ꝙ inueniatur leto tas. hoc tale verbum leto tas faceret letaui per illam regulam. As in preterito ⁊c. ⁊ faceret letatum in ſupino per illam regulam. Regula que formam ⁊c. Ex quo ſcire poſſumus. ꝙ letatum eſt ſupinũ huiꝰ verbi letor letaris. ex quo ſupino ⁊ verbo ſum es eſt ſupplet preteritũ verbi. videlicet capiendo participium preteriti temporis ab ipſo ſupino deriuatum vt dicendo letatus ſum vel fui. Similiter poſſumus dicere de vereor preſupponẽdo ꝙ inueniatur vereo veres. hoc tale verbum faceret in preterito verui per illam regulam. De deo deqꝫ geo leo queo vel veo dicta Sufficiunt. in ui diuiſas cetera formant. Et eius ſupinũ eſſꝫ veritũ per illã. Que dant preteritum per ui caruere ſupino. Ni faciant in itum. Eodem modo per cetera diſcurrendũ eſt. Sed plurima verba excipiuntur. que aliter faciunt ſupina qꝫ dictum eſt: Probat hoc ratus atqꝫ miſertus. Fingamus ꝙ reo res reperiatur. eius preteritum faceret rui per illam regulam. De deo deqꝫ geo ⁊c. ⁊ ſupinum faceret ritum. vel careret. Et ſic deberemꝰ dicere ꝙ in p̄terito reor faceret ritus ſum vel fui. aut careremꝰ tali preterito. ſed quia facit ratus. ideo excipitur. Preterea fingamus ꝙ inueniatur miſereo res eius preteritum facit miſerui per illam regulam. De deo deqꝫ geo ⁊c. Et ſupinũ faciet miſeritũ. Et per conſequens miſereor faciet miſeritus ſum vel fui. Et quia facit miſertus ſum. ideo excipitur.

**Dat fateor faſſum: nullum liquor medeorqꝫ:**
**Et veſcor reminiſcor.**

Dicit ꝙ fateor facit faſſum deberet enim facere fatitum fingendo vocem actiuam. Deinde dicit ꝙ liquor liqueris. ⁊ medeor ris. veſcor ris. reminiſcor reminiſceris nullum habent ſupinũ.

**Hec circumloquium non ſeruant preteritorum.**

Quaſi d. ꝙ predicta carent ſupinis ex eo ꝙ non ſeruant circũloquiũ preteritorum a quo attrahere deberent originem. Vel ſic exponatur ⁊ forte melius. Hec predicta non ſeruant circũloquium preteritoꝝ. id eſt. carent ſuppletione preteritoꝝ ex eo ꝙ carent ſupinis. quibus deficientibꝰ neceſſario deficit ſuppletio preteritoꝝ.

**Diſce ſupina dare per deponentia terne.**

Dicit magiſter. O lector diſce dare ſupina verbis deponentibus tertie ꝯiugatiõis nõ ſeruantibꝰ regulam antedictam videlicet. Si reperire cupis ⁊c. hec patent in ſequentibus.

**Greſſus commentus fruitus fructuſqꝫ profectus**
**Et fretus lapſus nactus quoqꝫ pactus adeptus.**
**Vltus et iratus oblitus functus et vſus**
**Queſtus complexus niſus vel dicito nixus.**

Dicit ꝙ iſta que in littera ponuntur. non formantur ſm vocem fictam. videlicet greſſus de gradior. ris. Nam deberet facere graſſus ficta voce actiua. ſcilicet gradio per illam regulã. Dat di ſumqꝫ dio. Eodem modo diſcurrendũ eſt per cetera. Et ſi aliqua reperias. que formantur ſm vocem fictã dicas ꝙ de ipſis eſt doctrina ⁊ non exceptio. vt iratus quod venit ab iraſcor ris. fingamus vocem actiuam. ſcilicet iraſco faciet iraui per illam regulam. N vel s abijcitur. ⁊ faciet iratum per illam regulam. vi tum facit. Ideo patet ꝙ non excipitur. ſed eſt doctrina. Cõmentus venit a cõminiſcor. fruitus fructus ⁊ fretus a fruor. pfectus a proficiſcor. vltus ab vlciſcor. oblitꝰ ab obliuiſcor. functus a fungor. vſus de vtor. queſtus de queror. cõplexꝰ de cõplector. nixus ⁊ niſus de nitor niteris.

**Ortus et eſt oriturus: mortuus et eſt moriturus**

Dicit ꝙ orior ⁊ morior cum ſint tertie vel quarte ꝯiugationis. habent preterita iuxta tertiam cõiugationem. vt ortus ſum ⁊ mortuus ſum. participia vo futuri temporis iuxta quartam. vt oriturus ⁊ moriturus. penultima correpta. quam debent pducere per illam regulam. In vi p̄teritum.

**Hinc experrectus: faciunt loquor et ſequor vtum.**

Dicit ꝙ expergiſcor ris. facit experrectus ſum. loquor locutus ſum. ſequor ſecutus ſum.

**Dat tutum tueor. tuitum tuor. ambo tueri.**

Dicit ꝙ tueor ris. facit in ſupino tutũ. tuor ris. facit tuitum. ſed ambo faciunt tueri in infinitiuo.

**Dat naſcor natum dat menſum metior: orſum**
**Ordior: et paſſum patior. potiorqꝫ potitum.**

Sententia eſt clara in textu.

**Credo ꝙ exoſus verbo caret atqꝫ peroſus.**

Dicit A. ꝙ ẽ opiniõis ꝙ exoſus qđ idẽ eſt qđ in odio hñs. ⁊ poſus qđ idem eſt. carꝫ vbo. i. a nullo verbo deriuatur vſitato. Aliqui enĩ dicũt ꝙ ſunt noĩa ⁊ regũt poſt ſe actõs. vt exoſus bella. poſus furta. Alij dicũt ꝙ ſunt pticipia ab illis vbis exodi ⁊ podi ſꝫ ñ ſunt in vſu. Ipſis etiam poteſt addi preſcius de quo idem eſt iudicium. vt preſcius ventura.

# De verbis anormalis et defectiuis

Capitulū ſextū eſt de irregularib⁹ verbis. hoc eſt anormaliſ ⁊ defectiuis.

**Donatum ſequere per verba fruentia lege.**

In iſto capitulo Auctor intendit determinare de verbis defectiuis ⁊ anormal'. Et primo dicit ꝙ tu debes ſequi donatum ꝑ verba fruentia lege. id eſt regula. q. d. ꝙ tu debes variare verba regularia ſicut donatus inſinuat. Nam de verbis irregularibus ego dabo tibi doctrinam. vt patet in ſequentibus.

De verbis habētibus minorez irregularitatez in tpe pſenti

**Dic duc facet fer: ſic que componis ab illis.**

Dicit ꝙ iſta verba dico cis. duco cis. facio cis. ⁊ fero fers ſunt irregularia in prima voce imperatiui. quia deberem⁹ dicere dice. duce. face ⁊ fere. ⁊ dicimus dic. duc. fac ⁊ fer. Et hoc forte ad differentiam genitiui ⁊ datiui huius nominis dica dice. fera fere. ⁊ ablatiui hui⁹ nominis dux ⁊ fax. q2 dux habet duce. ⁊ fax face in ablatiuo. Similiter eſt dicēdum de compoſitis eoꝝ. vt bñfacio cis. Impatiuo modo bñfac. bñdico bñdic. reduco reduc. affero affer

**Cum facit a vertit in i: verbi regula ſeruit.**

Dicit auctor ꝙ facio cis. quando mutat a in i in compoſitione. tunc regula verbi ſeruit ſibi. i. regulariter declinatur. vt inficio cis. Impatiuo modo infice. ꝓficio ꝓfice. perficio perfice.

De irregularitate verborum ꝑteriti tpis

**In ui preteritum de ſe data tempora quedam**
**Syncopat: hinc deme diſſyllaba: quodqꝫ fit inde.**

Dicit ꝙ preterita in ui terminata ſyncopant quedam tempora data de ſe. i. aliquas voces ab ipis deriuata. Verbi gratia. Preteritū hui⁹ verbi amo as. facit amaui. ⁊ ab ipo deriuatur amauiſti. quod aliqñ ſyncopatur ⁊ dicimus amaſti ꝓ amauiſti. ⁊ ſic de ſimilibus. Sed notanter dicit tempa quedam. q2 non omnia ſyncopant. ſed aliqua. Neqꝫ debemus aliqua ſyncopare. niſi repiantur ab auctoribus ſyncopata. Unde vſus. Syncopa ſi fuerit veterum veſtigia ſeruet. Vel ſic exponitur. Preteritum in ui ſyncopat quedam tempora. i. quaſdam pſonas tam in ſe qꝫ in temporibus a ſe datis Et que ſint ille pſone que ſyncopantur. deinde ponit exceptionem dicens. Hinc deme diſſyllaba id eſt preterita duaꝝ ſyllabarū ⁊ illa que ab eis deriuātur. q2 talia nō patiuntur ſyncopā. vt neo nes neui neuiſti. deneo deneui deneniſti.

**Inuenies noſti flaſti fleſti quoqꝫ dixti.**

Nunc ponit exceptionem ab exceptione predicta dicens. ꝙ preterita in littera poſita licꝫ ſint diſſyllaba. id eſt duaꝝ ſyllabaꝝ in prima pſona. tamen inueniūtur ſyncopata. vt noſti ꝓ nouiſti. flaſti ꝓ flauiſti. fleſti ꝓ fleuiſti. dixti ꝓ dixiſti. Aliqui dicunt ſciſti. ⁊ tunc exponitur ſciſti ꝓ ſciuiſti

**Cum verbum quod habet quarto caſu ſociari**
**Participis tempus dare preteritum videamus:**
**Et careant illo que non licet addere quarto.**
**Preteritum verbi damus iſtis: participantis**
**Nunqꝫ preteritum nunqꝫ vel raro ſupinum:**
**Ambigo compeſco diſco poſco tremo gliſco**
**Lambo vel lingo metuo timet vrgeo caluo**
**Linquo vel ſugo paueo fugit horreo ſcando.**
**Mando ſcabo ſcalpo cerno.**
**Accuſatiuis poſſunt tamen hec aſſociari.**

Dicit Auctor ꝙ verba que habent conſtrui cum accuſatiuo caſu per naturam ꝓpriam poſſunt habere participiū preteriti temporis ſcꝫ in paſſiuis eorū. ⁊ per conſequens etiam poſſunt habere ſupinū. vt amo amatum. amor amatus ſum. Illa vero que non poſſunt vel non habent conſtrui cū actō. carent pterito participij. vt ſeruio ſeruiui. non em̄ reperitur ſeruitus ſum. Tamen aliqua ſunt que licet poſſunt conſtrui cum accuſatiuo caſu. non habent pteritum participij nec habent ſupinū. et ſi habent hoc raro contingit. Et ſunt iſta que in littera numerantur. ſcꝫ ambigo compeſco ⁊c. de quibus verbis cum aliqua ſint obſcura. ipſa declarabo. Ambigo. i. dubito. compeſco. i. refreno. caluo. id eſt fallo. ſugo. i. lacteo. ſcando. i. aſcendo. mando. i. comedo. ſcabo. i. grato. ſcalpo idem. ſcalpo pertinet ad homines. ſcabo ad ſues. Diceres ſuperius gliſco non habet pteritum. vbi dicit. Gliſco preteritū modo dicit ꝙ habet pteritum. Item ſuperius dicit compeſco poſco diſco habent ſupina. vbi dicit Dant in itū diſco compeſco poſcoqꝫ ſupinum. Dicendum eſt de Gliſco ꝙ ſuperius loquit ſm vſum. mō aūt loquitur ſm artem. qñ dicit ꝙ non habet pteritū verbi. De alijs dicas econuerſo ſcꝫ de diſco. compeſco et poſco.

**Dices de neutris: ꝙ raro participantis**
**Seruant preterita: ſed multis adde ſupina.**

Dicqꝫ fere cuncta per rus formare futura.
Inde tamen tollis ea quę caruere ſupinis.

Dicit ꝙ neutra raro habent p̄teritum participij .i. p̄teritum ꝑfectum ex ſuppletione participij et huius verbi ſum es eſt. Sed multa habent ſupina vt ſeruio ſeruitum. obedio obeditum. ⁊ fere omnia habent participiū in rus. vt ſeruiturus obediturus. Tamen excipiuntur ea que carent ſupinis. que etiam carent participijs in rus. Ideo dicit. Inde tamen tollis ⁊c̄. Que autem ſunt illa neutra que habent p̄teritum ⁊ non ſupina. declaratur infra.

Prę́teritum neutra dant hęc: deſuntqꝫ ſupina.
In rus par ratio facit illa carere futuro.
Eſtuo ſterto mico rudo ſtrido ſtrideo pſallo.
Conquexi parco.
Ut docui iunge: prę́ter ſex neutra ſecundę.
Sex retinent neutra pla no ca va pa do ſupina:

Dicit ꝙ iſta verba eſtuo as. ſterto tis. ⁊ omnia ſupradicta habent p̄teritum verbi. vt eſtuo eſtuaui. ſterto ſtertui. ſed non habent ſupina. Ideo carent participijs in rus. q2 participia in rus formant͛ a ſupino quo deficiente non p̄nt formari. Et hoc eſt qd̄ dicit. In rus par ratio. Deinde dicit ꝙ verba neutra ſcd̄e coniugationis p̄ter ſex vt docui in ſcd̄a ſcꝫ coniugatione iunguntur p̄dictis. quia ipa carent ſupinis ⁊ participijs in rus. vt egeo egui ſupinis caret. Excipiūtur ſex que h̄nt ſupina Ideo dicit preter ſex. Et hec ſex intelliguntur ꝑ ſex ſyllabas poſitas in vltimo verſu ſcꝫ pla .i. placeo ces cui placitū. no. noceo ces cui nocitū. ca careo res rui caritum vel caſſum. va valeo les lui. valitum. pa pateo pates patui paſſum. do doleo doles dolui dolitum.

De neutropaſſiuis

Audeo cum ſoleo fio quoqꝫ gaudeo fido:
Quinqꝫ puer numero neutropaſſiua tibi do.

Dicit Auctor ꝙ quinqꝫ ſunt verba neutropaſſiua. vt ſupra continetur in metro. que defectiua ſeu irregularia ſunt. q2 in p̄teritis ꝑfectis ⁊ in his q̄ formantur ab eis retinent litteratur͛ paſſiuorū. in ceteris vero neutrorꝫ. Iuxta donatū dicentē. Cui⁹ generis. neutropaſſiui. quare: q2 in p̄teritis ꝑfectis ⁊c̄. Et ſic declinātur Audeo audes. auſus ſum. audere audendi audendo audendū. auſum auſu. audens auſus. auſurus. ⁊ ſic de alijs.

De neutriſpaſſiuis

Exulo vapulo veneo fio quattuor iſta.
Senſum paſſiui ſub voce gerunt aliena.

Dicit auctor ꝙ ſunt quattuor verba que ſub voce actiua paſſiuam retinent ſignificationē ⁊ cōſtructionem ſcꝫ exulo as. ⁊ reliqua vt in verſu continetur. Et dicuntur defectiua q2 deficiunt a recta ſignificatione. Nam gerūt ſenſum paſſiui ſub aliena voce. i. ſub voce neutrali. Fio fis factus ſum. id eſt incipere eſſe. de non eſſe tranſire ad eſſe. Et eſt neutropaſſiuū quantū ad vocem. neutrūpaſſiuū quantū ad ſignificationē. Et h3 tria ꝑticipia ſcꝫ fiens factus ⁊ facturus. ſed fiens non eſt in vſu

De verbis communibus

Largior experior veneror moror oſculor hortor:
Criminor amplector tibi ſint communia lector:
Si bene connumeres: interpretor hoſpitor addes.

Dicit ꝙ verba cōmunia ſunt irregularia ex eo qd̄ habēt duas ſignificatiões ſub vna terminatiõe.

De deficiētib⁹ in preſenti

His duo ſunt odi noui cępi meminiqꝫ:
Quę retinent ſenſum prę́ſentis prę́teritiqꝫ:
Quę formantur ab his: pariter ſenſum duplicabunt.
Datqꝫ mementote memini dedit ante memento.

Dicit A. ꝙ iſta quattuor v̄ba in textu nomiata ſunt defectiua ſeu irregularia. q2 deficiūt aliquib⁹ tpibus. ⁊ q2 ſub vna terminatione retinent ſenſum p̄ſentꝭ ⁊ p̄teriti temporꝭ. Uñ odi idem eſt qd̄ odio habeo ⁊ odio habui. memini. i. memoriā habeo ⁊ memoriā habui. Carent etiā impatiuo preter memini qd̄ h3 memento in ſingulari ⁊ memētote in plurali. Ideo dicit Datqꝫ mementote ⁊c̄ Et eſt ſciendū ꝙ alia tpa que formant͛ ab illis videlꝫ odi noui cepi ⁊ memini pariter ſenſuꝫ duplicabunt. i. habebūt ſenſum p̄ntis ⁊ p̄teriti tpis. vt noui nouerā nouiſſem nouerim nouero nouiſſe. ⁊ ſic de ſimilibus. Ideo dicit. Et que formantur ab his ⁊c̄. Unde deficiūt in p̄ſenti ⁊ in tempoꝛib⁹ formatis a p̄ſenti ſ̄m vocem. ſed p̄teritū ⁊ que formantur a preterito habent.

Ex do paſſiua: niſi dor ſolum lego dicta.

Dicit ꝙ hoc verbū do das habet paſſiuū in omni perſona preter ꝗ̄ in prima. Cōſtrue. Ego lego paſſiua dicta ex do das. niſi ſolū doꝛ. q2 non inuenitur de vſu. Et compoſita de doꝛ non ita deficiunt prima p̄ſona paſſiui. q2 bn̄ dicitur peſſundoꝛ. venundoꝛ. Et do caret prima p̄ſona paſſiui. ad differētiā iſtius nominis doꝛ doꝛis. nomen populi vel ciuitatis. Si obijcitur ꝙ eodem mō non debemꝰ dicere amoꝛ in prima p̄ſona huiꝰ ūbi amoꝛ amaris ꝓpter differentiā remouendā que eſt inter hoc nomē amoꝛ amoꝛis. ⁊ ſic de pluribꝰ alijs. Dico ꝙ priſcianꝰ ſoluit hoc ꝙ in quibuſdā poſuerunt auctores differentiā ⁊ in quibuſdam non. ideo dico ꝙ ſolus vſus eſt in cauſa quare non dicitur doꝛ in prīa perſona paſſiui.

Aio ſiſto fero tollo ferio furio cerno
Ex his p̄terita negat vſus habere creata.

*De carentibus p̄terito tempe.*

Dicit auctoꝛ ꝙ iſta ūba aio ſiſto ⁊c̄. de ſe non habent p̄terita nec ſupīua licet mutuentur ab alijs verbis. Nam aio facit dixi dictū. ⁊ mutuatur a dico cis. ſiſto facit ſteti. ⁊ mutuatur a ſto ſtas. ⁊ tunc caret ſupino. aliq̄n facit ſtatui ſtatutum. ⁊ tunc mutuatur a ſtatuo ſtatuis. Fero facit tuli ⁊ latū. ⁊ mutuatur ab illo ūbo antiquo tulo tulis. Tollo facit ſuſtuli. ⁊ mutuatur ab iſto antiquo ūbo ſuſtulo ſuſtulis. Antiqui enī̄ dicebāt tulo tulis tuli vel tetuli tultū. Et inde cōponebatur ſuſtulo lis ſuſtuli quod mō non eſt in vſu in p̄n̄ti. ⁊ ideo datū eſt eius p̄teritū huic ūbo tollo qđ ſignificat auferre vel eleuare. Ferio facit ꝑcuſſi ꝑcuſſum a ꝑcutio ꝑcutis. Furio facit inſaniui inſanitū ab inſanio inſanis. Furo idem p̄teritum habet. Cerno facit creui cretū a creſco creſcis.

Paſſiui ternis imperſonale notabis.

*De mō inueniendi declinationem ūboꝝ impꝑſonaliū paſſiue vocis*

Dicit Au. ꝙ verba impꝑſonalia ſunt defectiua. q2 variantur ꝑ vnam vocem tm̄ ſc₃ ꝑ tertiam perſonam paſſiui ſingularis numeri. vt verbo imperſonali tempoꝛe preſenti amatur

Perſonas dabit imperium primas in vtroq₃
Tempoꝛe: p̄ſenti ternas: quas dat modus optans
Extremo: ternis eſt altera foꝛma futuri.
Quas dedit indicij ſibi p̄ſens has dabis illis:
O vel oꝛ adijcias: volo compoſitumq₃ demas.

*Impatiuus deficit in pͥa perſona ſingulari ī vtroq₃ tempoꝛe ſc₃ in p̄ſenti ⁊ in futuro. et etiam deficit in quibuſda₃ tempoꝛibus*

Dicit A. ꝙ imperium id eſt modus impatiuus dat primas p̄ſonas plurales in vtroq₃ tp̄e ſc₃ in p̄ſenti ⁊ in futuro. quas modus optās. i. optatiuus dat extremo. i. futuro. q. d. ꝙ prima p̄ſona pluralis numeri p̄ſentis ⁊ futuri tp̄is impatiui eſt ſimilis prime p̄ſone pluralis numeri futuri optatiui modi. Et vltra dicit ꝙ impatiuꝰ in tp̄e p̄ſenti habet tertias p̄ſonas ſimiles tertijs p̄ſonis futuri tp̄is optatiui modi. Verbi grā. Naz dicimꝰ impatiuo mō tp̄e p̄ſenti ama amet. Et pluraliter amemꝰ amate ament. Futuro amato tu amato ille. Et pl'aliter amemꝰ amatote amanto. In futuro optatiui dicimꝰ. Futuro vtinā amem ames amet. Et pl'aliter vtinā amemꝰ ametis ament. Ex quo patet vt dictū eſt. Deinde dicit ꝙ altera foꝛma eſt ternis ſc₃ tertijs p̄ſonis futuri impatiui. ⁊ docet ipas foꝛmare dicens. Tu dabis illis ternis p̄ſonis futuri impatiui tam ſingularibꝰ ꝗ̄ pluralibus illas tertias p̄ſonas quas p̄ſens tp̄s indicij. i. indicatiui dedit ſibi. ⁊ adijcias o vel oꝛ. o in actiua voce. vt amo amas amat. addita o fit amato in ſingulari. amant addita o fit amanto in plurali. oꝛ vo addatur in paſſiua voce. vt amat addita oꝛ fit amatoꝛ in ſingulari. amāt addita oꝛ fit amātoꝛ in plali. Si vo ūbū nō h₃ actiuū debemꝰ fingere quod habeat. vt ſi volumꝰ foꝛmare tertias ꝑſonas futuri impatiui huiꝰ verbi ſc₃ aggredioꝛ. ris. fingamus vocē actiuā ſc₃ aggredio aggredis aggredit. ⁊ addita oꝛ fit aggreditoꝛ. ⁊ ſic habemus tertiam p̄ſonā ſingularē futuri tp̄is impatiui. aggredimus aggreditis aggrediūt. ⁊ addita oꝛ fit aggrediuntoꝛ. ⁊ ſic habemus tertiā p̄ſonā pluralis impatiui. Et eſt ſciendum ꝙ ſcđa ⁊ tertia p̄ſona futuri impatiui ſingularis numeri ſunt ſimiles tam in actiua voce ꝗ̄ in paſſiua. Deinde ponit exceptionē dicens. Volo cōpoſitumq₃ demas. q. d. ꝙ volo vis ⁊ eiꝰ cōpoſita excipiūtur. q2 non habent impatiuū modum preter nolo nonuis nōuult de quo dicetur inferius ibi. Nolo patrem ſequitur. componitur enī̄ a non ⁊ volo.

Ante te tote mini minoꝛ a dat prima: ſequenſq₃
E longam: iq₃ breuem dat tertia: quartaq₃ longam.

Dicit ꝙ verba prime coniugationis habent a ꝓductam an̄ te in ſcđa p̄ſona p̄ſentis tp̄is impatiui modi pluralis numeri. ⁊ habent a ꝓductam an̄ tote in ſcđa perſona pluralis numeri futuri tempoꝛis. ⁊ hoc eſt in actiua voce. vt amate amatote. In paſſiua vero habent a ante mini ante minoꝛ. vt amamini amaminoꝛ. Verba ſecunde habent e longam. vt docete docetote. docemini doceminoꝛ. Verba tertie habent i coꝛreptam. vt legite legitote. legimini legiminoꝛ. Verba quarte cōiugationis habent i ꝓductam. vt audite auditote. audimini audiminoꝛ.

P̄ſentis nota ſic fit perſona ſecunda.
A prioꝛ: eq₃ ſequens: dat e tertia: ſed i dabo quarte.

Hic auctoꝛ docet nos qualiter dicere debemus in ſecunda p̄ſona preſentis tempoꝛis impatiui modi ſingularis numeri dicens. ꝙ prioꝛ. id eſt prima coniugatio dat a ꝓductam in ſecunda perſona preſentis tempoꝛis imperatiui modi ſingularis numeri. vt imperatiuo modo ama. Sequēs. id ē

ſecunda dat e ꝓductam vt doce. Tertia dat e correptā. vt imperatiuo modo lege. Sed ego dabo i ꝓductam quarte coniugationi. vt imperatiuo modo audi.

**Addere paſſiuo: modus vltimus huic ſimilatur.**

Modo ponit regulā de ſcd̄a perſona ſingulari pn̄tis imꝑatiui paſſiue vocis. Et dicit ꝙ ſi volum⁹ inuenire ſcd̄am perſonā ſingularem pn̄tis imꝑatiui vbi paſſiui. debemus addere re ſcd̄e perſone ſingulari pn̄tis imꝑatiui verbi actiui. vt ama addita re fit amare. doce addita re fit docere. lege addita re fit legere. audi addita re fit audire. Deinde dicit ꝙ infinitiuus modus actiue vocis pn̄t temporis ſimulatur huic ſcd̄e perſone ſingulari pn̄tis imꝑatiui paſſiui. vt infinitiuo modo amare. docere. legere. audire.

**Tres ri pro re dabunt: re lego iacit: iq; dat ex e.**

Nunc ponit regulā de infinitiuo paſſiui dicens ꝙ tres ſcȝ coniugationes ſcȝ prima ſcd̄a ⁊ quarta dabunt ri ꝓ re. i. mutabūt re in ri formando infinitiuū paſſiui. vt amare re in ri fit amari. docere re in ri fit doceri. audire re in ri fit audiri. Deind̄ dicit Re lego iacit. iq; dat ex e. q. d. ꝙ v̄ba tertie coniugationis abyciunt illam ſyllabam re ab infinitiuo actiui. ⁊ poſtea mutant e in i formādo infinitiuū paſſiui. vt legere abiecta re ⁊ e in i fit legi. Expone ſic lrām. Lego. i. verbum tertie coniugationis iacit. id eſt abycit re. q; pro et dat i ex e. id eſt mutat e in i. Vel ſic exponat̄. Lego. i. illud verbum lego tertie ꝯiugatiōis ⁊ omne verbū tertie ꝯiugatiōis ſicut lego iacit re ſupple ab infinitiuo actiui in formando infinitiuum paſſiui. q; ꝓ ⁊ dat i ex e. i. mutat illam lrām e que remanet in i. vt legere re dempta remanet lege. ⁊ iterum e mutata in i fit legi.

**Prouideas primis e vel a ternis q; futuri.**

Quia ſuperius dixerat ꝙ prime perſone imperatiui modi pluralis numeri pn̄t tp̄is ⁊ futuri. et etiam tertie perſone tam ſingularis q̄; pluralis numeri pn̄tis temporis imperatiui modi erunt ſimiles prime perſone plurali ac tertys futuri optatiui. Jdeo nunc dat vnū notabile qualiter ꝓnunciare debeamus futurum optatiui. Et dicit: Tu prouideas e vel a in primis ſcȝ perſonis. q; ꝓ et tertys futuri optatiui modi. quaſi dicat ꝙ e ⁊ a habentur in futuro optatiui. ſed e in prima coniugatione ⁊ a in reliquis coniugationibus. Jdeo aliqui dicunt Prouideas e in primis ſcȝ ꝯiugationibus ſcȝ futuri optatiui. vel a in ternis. id eſt in tribus alys coniugationibus.

De verbis habẽtibus maiores irreglaritatem Et pmo de hoc verbo ſum

**Sum paſſiua notant: ſed abeſt modus imꝑialis:**
**Sis dabis huic: ſed ades ex aſſum ſume vel aſſis.**
**Sitis et eſte vide: formabis cetera recte.**

Jn iſta parte Auctor docet variare ſum es eſt dicens. ꝙ verba paſſiua notant hoc verbum ſum es eſt. hoc eſt oſtendunt qualiter debeat variari. Nam inuenitur ſum es eſt variatum in verbis paſſiuis in omnibus temporibus et modis p̄terq̄; in imperatiuo. Jdeo dicit. Sed abeſt modus imperialis. Deinde declarat quomodo facere debet in imperatiuo dicens. Tu dabis huic. id eſt imperatiuo hāc vocem ſis. Sed ab hoc verbo compoſito aſſum tu ſume ades vel aſſis in imperatiuo. Deinde dicit. Vide iſtas voces ſcȝ ſitis ⁊ eſte que ſunt irregulares. deberemus enim dicere. Jmperatiuo modo ſi ſit. Et pluraliter ſim⁹ ſite ſint. Tu formabis cetera recte id eſt ſcd̄m regulas datas de formis perſonarum.

Forem

**Tempora terna forem dat et fore: cetera ſperne.**
**Rem dat res ret rent: remus caret atq; foretis.**

Dicit ꝙ hoc verbum forem habet tria tempora. videlicet preſens ⁊ p̄teritum imperfectum optatiui. preteritū imperfectū ſubiunctiui. p̄ſens ⁊ p̄teritum imperfectū infinitiui. Ceteris vero caret. Jdeo dicit. Cetera ſperne Deinde dicit ꝙ non habet niſi has voces ſcȝ forem fores foret forent. ⁊ fore in infinitiuo. foremus autē ⁊ foretis non reperiuntur. Et forem fores foret forent ſunt p̄ſentis ⁊ p̄teriti imperfecti temporis optatiui modi. ⁊ p̄teriti imperfecti temporis cōiunctiui modi. Sed fore eſt p̄ſentis ⁊ p̄teriti imperfecti temporis coniunctiui modi.

**Normam preterita ſeruant per anormala cuncta**

Auctor dat vnā regulā generalem videlicet ꝙ omnia p̄terita ſiue ſint regulariter ſiue irregulariter formata ſeruant normam. i. regulā ⁊ formationem in alys vocibus a ſe format̄. Non ſolū hoc intellige per verba regularia ſed etiā anormala. Nam ſicut amaueram formatur ab amaui i in e ⁊ addita ram fit amaueram. ita etiam formatur fueram a fui i in e ⁊ addita ram fit fueram. ⁊ ſicut amaui addita ſ ⁊ ſem facit amauiſſem. ſic fui addita ſ ⁊ ſem facit fuiſſem.

Fero

**Dat preſens primi fers fert fertiſq;: ſecundi**
**Preſens fer ferte: ferto fertote futurum.**
**Dat terni preſens ferrem: ſocium ſibi iunges.**
**Dat quinti ferre preſens: eademq; notate**
**Tempora paſſiuo: ferris ferturq; notentur.**

Ferre dehinc fertoꝛ ferrer ferriꝙ ſequentur.
Ad moꝛem terne fero cetera debet habere.

Hic ponit A. irregularitatē huius verbi fero fers fert ⁊ eius paſſiui dicens ⁊ docēs ipm̄ declinare: quod eſt irregulare in iſtis vocibus videlicet in ſcda ⁊ tertia pſona in ſingulari ⁊ in ſcda plurali pſentis tpis indicatiui modi. qꝛ facit fers fert fertis. cū deberet facere feris ferit feritis. Et hoc eſt qd dicit. Pn̄s pꝛimi. i. indicatiui dat fers fert fertiſꝙ. Deinde dicit ꝙ eſt irregulare in impatiuo. ſcʒ in ſcda pſona ſinglari ⁊ in ſcda plali pn̄tl tpis. qꝛ facit fer ferte cū deberet facere fere ferite. Di/cit etiā ꝙ eſt irregulare in futuro impatiui in ſinglari. ⁊ in ſcda pſona plali. eo ꝙ facit ferto ferto/te cū deberet facere ferito feritote. Et hoc ē qd dicit. ſcdi. i. impatiui pſens dat fer ferte. cū deberet facere fere ⁊ ferite. et ſecundi ideſt impatiui futurum dat ferto fertote cū deberet facere ferito feri/tote. Deinde dicit ꝙ eſt irregulare in pſenti optatiui ⁊ in pterito impfecto coniunctiui in omnibꝰ pſonis tam in ſingulari ꝙ in plurali. Conſtrue. Preſens termi. i. optatiui modi dat ferrem cum de/beret facere fererem. iunges ſibi ſociū. i. pteritum impfectum cōiunctiui. qꝛ etiam facit ferrē. De/inde dicit ꝙ habet irregularitatem in infinitiuo dicens. Preſens quinti. i. infinitiui dat ferre cuʒ deberet facere ferere. Preterea ponit eius irregularitatē in paſſiuo dicens. Eademꝙ notate tēpo/ra paſſiuo. q. d. ꝙ paſſiuū de fero ſcʒ feroꝛ eſt irregulare in illis tempoꝛibus in quibꝰ fero eſt irregu/lare. Et dicit eadem tpa ⁊ nō eaſdem pſonas. ꝓpter ſcdas pſonas pluralis numeri pſentl indicati/ui ⁊ pſentis ⁊ futuri impatiui paſſiui que regulares ſunt. Deinde dicit ferris ferturꝙ notent. nā ſcda pſona pſentis indicatiui paſſiui ſingularis facit ferris. p fereris. ⁊ tertia facit fertur. p feritl. Ferre dehinc. nam pſens impatiui paſſiui facit ferre. p ferere in ſcda perſona ſingulari. ⁊ futuruʒ impatiui paſſiui facit fertoꝛ. p feritoꝛ in ſingulari. ⁊ pſens optatiui ⁊ pteritū impfectū cōiunctiui faciunt ferrer. p fererer. ⁊ infinitiuus paſſiui in pſenti facit ferri. p feri. Finaliter ponit regularita/tem eiuſdem verbi dicens ꝙ in alijs tempoꝛibus ⁊ perſonis fero debet variari tanꙗ ſi eſſet tertie coniugationis. Et hoc intendit cū dicit. Ad moꝛem terne fero cetera debet habere.

Dat volo vis vult volumus vultiſꝙ voluntꝙ. Volo
Juſſio deficiens capit ex optante ſupꝛemum.
Dat pꝛimo vellem: dat fine velim modus optans:
Hec ſocijs repete: ſupꝛemus dat tibi velle.
Huic finem demas: per ternam cetera foꝛmas.

Hic A. docet nos variare hoc verbū volo. Et dicit ꝙ eſt irregulare ſeu defectiuū in illis tempoꝛibꝰ ⁊ in illis pſonis q in littera ponuntur. In ceteris vero declinatur ad modū tertie coniugationis. Et hec eſt ſententia. Nunc veniamꝰ ad ꝯſtructionē q talis eſt. Hoc verbū volo dat iſtas voces irre/gulares in tpe pn̄ti modi indicatiui videlicet. vis vult volumus vultis. p volis volit volimꝰ volitl. Volunt autem eſt regulare ſed ponitur cauſa doctrine. Juſſio. id eſt impatiuus modus deficiens capit ſupmum ex optāte. i. optatiuo in futuro loco impatiui. videlʒ velis. q. d. ꝙ volo vis caret im/patiuo. ſed loco impatiui vtimur futuro optatiui. Modus optans. i. optatiuus dat pꝛimo. i. in pſenti tpe vellem. p volerem. ⁊ dat fine. i. in futuro tpe velim. p volam. Tu repete hec tpa pdicta ſo/cijs. i. in pterito impfecto ſubiunctiui. ⁊ in pn̄ti eiuſdem. que ſunt tpa ſimilia pſenti optatiui ⁊ fu/turo eiuſdem. Supꝛemus modus. i. infinitiuus dat tibi velle. p volere. Demas. i. auferas finē. id eſt futurum tempus huic infinitiuo velle. q. d. ꝙ infinitiuꝰ caret futuro. Tu foꝛmas cetera tem/poꝛa de quibus non eſt facta mentio p ternam. id eſt ſm tertiam coniugationem.

Dic malo pꝛimum raro foꝛmare futurum. Malo
Jura tenere patris per cetera tempoꝛa dicis.

Dicit ꝙ hoc verbū malo mauis mauult raro hʒ pꝛimū futurū. i. futurꝫ indicatiui. Sʒ in ceterl tem/poꝛibus ⁊ modis tenet iura. id eſt regulā ſeu variationē patris. i. pꝛimitiui quod eſt volo vis

Nolo patrem ſequitur: tamen imperialis habetur. Nolo
Noli nolite nolito tote futurum.

Dicit ꝙ hoc verbum nolo ſequitur. i. variatur ad modū ſui pꝛimitiui qd eſt volo, vis. Tn̄ in hoc vbo nolo habetur impialis. i. impatiuus modus qui non habebatur in ſuo pꝛimitiuo vt ſupꝛa dixi/mus. Deinde declarat qualiter fiat iſte impatiuus dicens. Tu debes dicere noli ⁊ nolite in pſenti in ſecundis pſonis. ⁊ in futuro nolito nolitote in ſecundis pſonis.

Es eſt ac eſſe dat edo: dat cetera terne. Edo
Ad plures edite dic: plures dant tamen eſte.

Dicit ꝙ hoc verbū edo qn̄ ſtat. p comedere eſt irregulare inqꝫtum facit es eſt in ſcda ⁊ tertia perſo/na pn̄tis indicatiui modi. ⁊ etiā inqꝫtum facit eſſe in infinitiuo. qꝛ deberet facere edo edis edit. in/finitiuo mō edere. Deinde dicit ꝙ in alijs tpibꝰ declinatur ad modū tertie ꝯiugationis cū dicit. dat cetera terne. Deinde ponit irregularitatē in impatiuo dicens. Ad plures edite dic. plures tn̄ grāmatici dāt eſte. q. d. ꝙ ſcda pſona pn̄tis impatiui facit edite vel eſte. edite tamen regulare eſt. eſte irregulare

Eſt eſtur foꝛmat.
Quaſi dicat ꝙ eſt facit eſtur in imperſonali ⁊ etiam in paſſiuo.
Fio — Dat fio fierem fieri: dant cetera ternam.
Extremum terni preſens dabit imperialis.
Dicit A. ꝙ fio fis eſt irregulare inquantum facit fierem, p fire in pn̄ti optatiui ⁊ p̄terito imꝑfecto ſb iunctiui. ⁊ fieri, p firi in pn̄ti infinitiui. Cetera vo tpa habet ad modū tertie ꝯiugationis. Deinde dicit ꝙ pn̄s tpus imperialis. i. imperatiui modi dat extremū terni. i. futuꝝ optatiui qui dicit ternus modus. q. d. ꝙ loco impatiui modi vtimur futuro optatiui modi. vt fias fiat.
Mereoꝛ / Mereo — Dat mereoꝛ merui: meſtus ſum mereo flenti.
Dicit ꝙ hoc vbum mereoꝛ mereris apud modernos facit merui in p̄terito. ⁊ deberet facere meritus ſum. Et mereo res, p dolere. flere. deberet facere merui in p̄terito. ⁊ facit meſtus ſum
De verbis defectiuis ⁊ pꝛimo de hoc vbo q̄ſo. — Queſumus ex queſo retinens nil plus dare quero.
Dicit ꝙ hoc verbum queſo. id eſt rogo habet hanc vocem queſumus in pꝛima ꝑſona p̄ſentis indicatiui pluralis numeri ⁊ non plus.
Explicit / Infit / Inquit / Inquam — Explicit expliciunt dic infit inquit et inquam.
Tantum preſentis ſunt tempoꝛis infit et inquit.
Nil plus inueni: nec ab inquio dicitur inquit.
Hoc defectiuum ſed verbum dicito ſolum.
Inquam preſentis eſt et quandoqꝫ futuri.
Dicit ꝙ hoc vbū explicit. i. finitur non hꝫ niſi hanc vocē expliciunt. Deinde dicit ꝙ hec tria vba .ſ. infit. i. dicit. inquit ⁊ inquā ſunt defectiua. qꝛ non habent aliā vocē. Poſtea declarat dicēs ꝙ infit ⁊ inquit ſunt tm̄ p̄ſentis tempoꝛis. nec plus inuenitur de ipis. Nec eſt credendum ꝙ inquit ab inquio deriuetur. immo inquio eſt verbum per ſe. ⁊ inquit eſt verbum defectiuum per ſe. Preterea dicit ꝙ inquam aliquando eſt preſentis tempoꝛ ⁊ aliqn̄ futuri.
Inquio — Inquio quis inquit pluralis imus dabit vntqꝫ:
Am tantum dicunt es et donare futurum:
Eſt preſens inque: nil plus vult vſus habere.
Dicit ꝙ hoc vbū inquio ſic variatur. Inquio inquis inquit. Et plaliter inquim⁹ inquiūt. Futuro inquiā inquies inquiet. Inq̄ vo eſt pn̄tis tpis ſcd̄e pſone ipatiui ſingu. nu. nec pl⁹ habet de vſu
Auſim — Is it declines auſim pluraliter auſint.
Dicit ꝙ hoc verbuꝫ auſim. id eſt cum audacia velim non habet niſi auſim auſis auſit. et pluraliter auſint in futuro optatiui ⁊ in preſenti coniunctiui.
Vale — Neqꝫ vale quidam dixere valete valeto:
Sicqꝫ valetote: quinto dixere valere.
Dicit ꝙ hoc vbū vale eſt defectiuū. qꝛ nō hꝫ niſi vale in ſingulari ⁊ valete in plali in ſcd̄is ꝑſonis pn̄tis impatiui. ⁊ valeto in ſingulari. ⁊ valetote in plali in ſcd̄is ꝑſonis futuri impatiui. ⁊ valere in quinto. id eſt in infinitiuo in preſenti tempoꝛe.
Aue — Sic foꝛmatur aue: nil plus poteris reperire.
Dicit ꝙ hoc vbū aue foꝛmatur. i. variatur ſicut vale. ⁊ nil plus poteris reperire. vt aue. auete. aueto. auetote. auere.
Salue — Proceſſu ſimili ſalue foꝛmare decebit.
Dicit ꝙ hoc vbū ſalue variat̄ ſicut aue ⁊ vale. vt ſalue. uete. ueto. tote. uere. Nota ꝙ hec tria vba ſcꝫ aue vale ⁊ ſalue ſūt vba ſalutatoꝛia. ſ; dr̄ūt. qꝛ vale dr̄ in receſſu. aue i aduētu. ſalue tā in aduētu qꝫ in receſſu. Vn̄ vſ⁹ Aue dic veniēs de iure valeqꝫ recedēs. Hoc vbū ſalue cōphēdit aueqꝫ valeqꝫ.
Aio — Aio dic is it: vnt plurali ſociabis.
Sic per preteritum lectoꝛ diſcurre ſecundum.
Snīa ē hec ꝙ hoc vbū aio ſic variat̄. aio ais ait. Et plr̄ aiūt. p̄terito ipfcō aiebā bas bat Et plr̄ bāt
Inuenitur ai.
Quaſi dicat ꝙ in impatiuo huius vbi aio reperitur ai. ⁊ nil plus ſm vſum.
Faxo / Cedo — Et faxo faxis faxit dic et cedo pro dic.
Id eſt hoc vbum faxo. i. deſiderāter facio declinatur faxo xis xit. Deinde dicit ꝙ hoc verbū cedo quod idem eſt quod dic eſt defectiuū. qꝛ nil plus habet
Capitulū ſeptimum eſt in generali de quattuoꝛ foꝛmis verboꝛum. — Quattuoꝛ in verbis ſunt foꝛme: preteritiſqꝫ
Dic inceptiuam meditatiuamqꝫ carere.
Hoc eſt ſeptimū capitulū in quo determinat̄ de quattuoꝛ foꝛmis verboꝝ. ſcꝫ perfecta inchoatiua frequētatiua ⁊ meditatiua. Perfecta vt amo. Inchoatiua vt amaſco. Frequēta/

tiua vt amito. Meditatiua vt amaturio. Dicit igitur ſic. Quattuoꝛ ſunt foꝛme verboꝝ in verbis. vt dictum eſt. Deinde ponit vnum notabile dicens. Preteritiſqꝫ dic inceptiuam meditatiuamqꝫ carere. quaſi dicat ꝙ verba inceptiua ſeu inchoatiua vt amaſco ⁊ doceſco. ⁊ etiã meditatiua. vt amaturio carent preteritis ⁊ ſupinis.

**Eſuriit tamen inuenies: et parturierunt.**

Hic ponit exceptionem dicens ꝙ eſurio eſuris quod eſt meditatiuum de edo es eſt. ⁊ parturio ris meditatiuum de pario ris habent preterita. Ideo dicit. Tamen inuenies eſuriit ⁊ parturierunt. vt in ſacra pagina matthei quarto reperitur eſuriit. ⁊ Iſaie. lxvi. parturiit.

**Ex verbis illas perfectis credimus ortas.**

**Queqꝫ frequenter agis: pariter foꝛmantur ab illis.**

Quaſi dicat ꝙ iſte due foꝛme p̄dicte ſcʒ inchoatiua vel inceptiua ⁊ meditatiua. etiam illa verba q̄ tu agis frequenter. id eſt que ſunt frequentatiua foꝛmãtur a verbis perfectis. id eſt habentibus ꝑfectam ſignificationem. Et hoc eſt ſine aliqua ſuppletione.

*De deriuatiõe meditatiuoꝛuꝫ inchoatiuoꝝ ⁊ frequẽtatiuoꝝ*

**Atqꝫ prioꝛ ſit eis data declinatio verbi.**

Id eſt ꝙ verba frequentatiua ſunt prime coniugationis. vt curſito tas. ⁊ legito tas.

*De ꝯiugatiõe frequẽtatiuoꝝ*

**Ex u ſupremi decet o foꝛmare ſupini.**

**Sic curro curſo foꝛmabit nectoqꝫ nexo.**

Nũc docet foꝛmare verba frequẽtatiua dicẽs. ꝙ nos decet foꝛmare o ex u ſupini. i. vltimi ſupini. q. d. ꝙ verba frequẽtatiua foꝛmãt ab vltio ſupio verbi ꝑfecti u mutata in o. Exempla ponuntur in littera. ſic curro curſo ⁊c̃.

*De foꝛmatiõe frequẽtatiuoꝝ a verbis perfectis ſm̃ vocem*

**Si tamen a longa ſit in illius anteſupꝛema**

**Hanc in i mutabis foꝛmans et eam breuiabis.**

**Sic rogo dat rogito: ſic aptito fiet ab apto.**

Hic ponit exceptionem a modo foꝛmandi p̄dicta dicens. ꝙ a lõga ſi ſit in anteſupꝛema. i. in penultima ſyllaba illius ſupini. tu foꝛmans frequentatiuum a tali ſupino. mutabis hanc lr̃am ſcʒ a in i ⁊ breuiabis eam litteram ſcʒ i. Exempla patent in littera. Sic rogo dat rogito ⁊c̃.

**Sed ſi perfecti ſit preteritum retinens gi**

**Tunc ex perſona preſentis deme ſecunda**

**S et to iungas: legito ſic ex lego foꝛmas.**

Hic ponit modũ foꝛmandi frequentatiua dicens. Sʒ ſi p̄teritũ verbi ꝑfecti ſit retinens gi. vt lego legi. tunc foꝛmando frequẽtatiuum deme. i. remoue a ſcd̃a perſona p̄ſentis tempoꝛ indicatiui hãc lr̃am s. ⁊ iungas hãc ſyllabã to. Exemplum patet in lr̃a. legito ſic ex lego foꝛmas.

**Sciſcitoꝛ et ſcitoꝛ dices: et querito ſectoꝛ.**

Dicit ꝙ iſta quattuoꝛ verba ſcʒ ſciſcitor taris ⁊ ſcitoꝛ taris que veniũt a ſciſco ſciſcis vel a ſcio ſcis ⁊ querito tas quod venit a quero ris. ⁊ ſectoꝛ aris quod venit a ſequoꝛ ris excipiũtur. qꝛ nõ foꝛmãtur vt ſupra aliquo modoꝛum ſupꝛadictoꝛum.

*De formatiõe inchoatiuoꝝ a perfectis verbis.*

**Hanc inceptiue formam veteres poſuere**

**Co cum perſona preſentis iunge ſecunda**

**Verbi perfecti: decet hinc exemplificari.**

**Ferues ferueſco dat noꝛma tepeſqꝫ tepeſco.**

Nunc docet nos foꝛmare verba inceptiua ſeu inchoatiua dicẽs. verba inchoatiua foꝛmant a ſcd̃a perſona verbi perfecti p̄ſentis indicatiui addita hac ſyllaba co. vt ferueo ues. addita co fit ferueſco. id eſt incipio feruere. De hoc exemplificat in lr̃a cum dicit. Decet hic exẽplificari Ferues ferueſco.

**Sed dices hiſco: cum regula format hiaſco.**

Hic ponit exceptionem dicens ꝙ hoc verbum hiſco hiſcis inchoatiuum de hio hias deberet facere hiaſco ſm̃ regulam datam. et facit hiſco.

*De ꝯiugatiõe inchoatiuoꝛũ.*

**Hanc declinari faciet tibi tertia verbi.**

Dicit ꝙ tertia coniugatio faciet tibi declinari hanc ſcʒ inceptiuam foꝛmam.

*De ſpeciali modo foꝛmãdi meditatiua a verbis perfectis*

**In meditatiuis fiet formatio talis**

**Verbi ſupremum perfecti pone ſupinum**

**Et finem breuia: cum quo rio ſit ſociata.**

**Parturio facere ſic debes eſurioqꝫ.**

Nũc docet nos foꝛmare verba meditatiua. Et in ꝯcluſiõe dicit. ꝙ verba meditatiua foꝛmãt ab vltio ſupio verbi ꝑfecti u breuiata ⁊ addita rio. vt partũ partu u bꝛeuiata ⁊ addito rio fit parturio. eſum eſu addita rio fit eſurio. Conſtrue per te.

*De ꝯiugatiõe meditatiuoꝛũ.*

**Verboꝛumqꝫ data ſit declinatio quarta.**

Dicit auctoꝛ. Et quarta declinatio verboꝝ ſit data verbis meditatiuis.

Capitulū octauum eſt de regimine ꝯſtructibilium

Hic iubet oꝛdo libꝛi vocum regimen reſerari.
Iſtud eſt octauū capitulū in quo Auctoꝛ determinat de regimine dictionū. Et dicit ſic. Oꝛdo libꝛi iubet regimen vocū hoc eſt dictionū. reſerari. i. manifeſtari. hic. id eſt in hoc capitulo. Et hoc dicit. qꝛ in pꝛincipio huius libꝛi pꝛomiſerat poſt quattuoꝛ foꝛmas verboꝛum determinare quomō dictiones cōſtruantur et dependeant adinuicem. ibi ſcȝ. Hinc ꝓ poſſe meo

De regimie nominatiui poſiti in conſtructiōe cōgrua ⁊ a parte ante a verbo perſonali

Uult intranſitio rectum ſupponere verbo
De perſonali tamen hoc intellige dici.
Auctoꝛ incipit a ntō oſtendens quō cōſtruatur. Et dicit. Intrāſitio vult rectū ſupponere vbo. id ē facere ſuppoſitū verbo ſcȝ perſonali. Ideo dicit. De pſonali tamen hoc intellige dici. vt in exemplo Petrus legit. petrus conſtruitur cum illo vbo legit intranſitiue. ⁊ regitur ab illo verbo legit a parte ante ex vi perſone ⁊ numeri.

De regimie nominatiui a parte poſt a vbo vocatiuo ſubſtātiuo ac ſimilem habente vim

Sepe vocans verbum ſibi vult apponere rectum:
Et ſubſtantiuum: vel quod vim ſeruat eoꝛum.
A. nūc loquitur de ntō, ꝓut regitur a pte poſt. Et dicit ꝙ vba vocatiua. vt vocoꝛ nominoꝛ appelloꝛ ⁊ ⁊ ſubſtantiua vt ſum ⁊ exiſto. ⁊ illa q̄ ſuant vim eoꝝ. vt fio vado ambulo ⁊ incedo videoꝛ ⁊ appareo. pn̄t regere poſt ſe ntūȝ. vt vocoꝛ petrꝰ. ſum hō. fio bonꝰ. vado letꝰ. videoꝛ ſapiēs. ⁊ ſic de ſimilibus. Cōſtrue. Uocās verbū ⁊ ſubſtātiuū vel illud qō ſuat vim eoꝝ. ſepe vult apponere rectū ſibi

Hoꝛum conſimiles debet coniungere caſus
Copula: perſonam dum pertineant ad eandem.
Dicit ꝙ copula hoꝝ vboꝝ ſupꝛadictoꝝ debet iungere ſil'es caſus. dū iſti caſus ptineāt ad eandē pſonā. ſcȝ ntūs ſupponēs an̄ ⁊ ntūs apponens poſt. vt ego vocoꝛ petrꝰ. Nam li petrꝰ ⁊ ego ptinent ad idem. Si vō nō ptinerent ad idē ſcȝ ſuppoſitū ⁊ appoſitū tunc nō valeret regula. Ecce exemplum. Ego vocoꝛ a petro. Ego ſum in domo tua. Et eſt ſciendū ꝙ ntūs a parte poſt regitur ex vi copule.

De vi regiminis nti a parte an̄

Ex vi perſonę rectum regit initialem.

De vi regiminis nti a parte poſt

Rectum qui ſequitur verbi natura gubernat.
Dicit ꝙ ntūs qui regitur a parte an̄ regitur ex natura vt ipm̄ qō eſt alteꝝ vel ex vi pſone: Et ntūs qui regitur a parte poſt regitur ex vi copule verbi ſiue ex natura ſimilis copulationis. Alij ſic foꝛmant ſententiā. Regimē nominatiui a parte an̄ fit ex vi pſone. ⁊ denominatur a perſona. Sꝫ regimē nominatiui a parte poſt fit ex natura verbi que natura eſt copula.

De regimie nominatiui poſiti in conſtructione figuratiua ⁊ pꝛimo i appoſitione.

Apponens duplices ſubſtantiuos ſibi iunges
In caſu ſimili: poteritqȝ genus variari.
Tunc illos ad rem ſpectare decebit eandem.
Et plus commune pꝛęcedere debet in iſtis.
Sicut homo ſoꝛtes: animal capꝛa: conſimileſqȝ.
Superius A. determinauit de ntō qui ſine figura ꝯſtruitur. nunc vero determinat de ntō qui regit per figurā Et dicit ſic Tu apponēs. id eſt appoſitionem faciens iunges ſibi ſubſtantiuos duplices in caſu ſimili. q. d. ꝙ appoſitio hȝ fieri per duos caſus immediate coiunctos. qui caſus debent eſſe ꝯſil'es. vt hō ſoꝛtes. ⁊ genus poterit variari. i. pn̄t poni in diuerſo genere. vt animal capꝛa Deinō dicit ꝙ tunc decebit illos ſubſtantiuos ſpectare ad eandem rem. Nam dicendo hō lapis non eſſet appoſitio. qꝛ homo et lapis non pertinent ad idem Dicit etiam ꝙ plus cōmune debet pꝛecedere in iſtis. vt animal homo. ⁊ non econtra. Et hoc exemplificat dicens. Sicut homo ſoꝛtes

De regimie nominatiui poſiti in euocatione.

Ternę perſonę generaliter omnis habetur
Rectus: ſed demas pꝛonomina quattuoꝛ inde.
Iſta vocant rectos ad pꝛimam ſiue ſecundam.
Pauper ego ludo: dum tu diues mediteris.
Nos tuti loquimur: dum vos timidi taceatis.
Dicto de appoſitiōe Nūc dicit de euocatione. Et pꝛimo dicit ꝙ omnis rectus generaliter habetur tertie perſone. ſed deme. id eſt excipe inde quattuoꝛ ꝓnomina quoꝝ nominatiui nō ſunt tertie perſone. ſcȝ ego ⁊ nos qui ſunt pꝛime. tu ⁊ vos qui ſunt ſcōe. Dicit ergo ꝙ iſta quattuoꝛ ꝓnomina p̄dicta euocant ad ſe rectos: id eſt nominatiuos tertie perſone ad pꝛimā ſiue ſecundā perſonā ſub verbo ſingularis numeri pꝛime vel ſecunde perſone vel ſub vbo plural' numeri Exēpla patent in lr̄a

De regimie nominatiui poſiti in ꝯceptiōe perſonarum

Perſonas genera numeros conceptio iungit.
Perſonas ſibi diſſimiles conceptio iungit.

**Ac per et in medio poſitã conceptio fiet.**

Hic determinat de cõceptiõe. Et dicit ꝙ conceptio iungit inuicem perſonas ſibi diſſimiles. id eſt conceptio habet fieri per dictiones ſubſtantiuas inter ſe diſſimiles. videlicꝫ in perſona vel in genere vel in numero. Ideo aliqui habent hunc verſum ſubſequentem.

**Si preponatur conceptio nulla paratur.**

Cuiꝰ ſententia patet per p̄cedentia. Exempla vero patebunt ꝑ ſequentia. Deinde dicit auctor. Ac per ⁊c̃. q. d. ꝙ conceptio habet fieri per duo ſubſtantiua copulata ꝑ hanc coniunctionē ⁊ in medio poſitam. vt ego ⁊ tu legimus. Preterea dicit ꝙ ſi p̄ponatur ac ⁊c̃. q. d. ꝙ ſi coniunctio preponat̃ ſubſtantiuis conceptio non cõmittit̃. vt in hoc exemplo. ⁊ petrus antonius legit

**Concipiens ſimile ſibi vult verbum retinere.**

Nunc declarat ꝓprietates conceptionis. Et primo dicit. Concipiens. i. dictio concipiēs vult retinere v̾bum ſibi ſimile. q. d. ꝙ v̾bum debet concordare cũ dictione concipiēte ſaltē in illo ãtecedēte in quo fit conceptio. vt in hoc exemplo. Ego ⁊ tu currimꝰ. Ecce iſtud v̾bum currimꝰ concordat cũ illa dictione concipiente ſcꝫ ego in perſona. ⁊ in perſona fit conceptio.

**Prima duas alias recipit: ſed non vice verſa.**

Dicit ꝙ prima ꝑſona concipit ſcd̃am ⁊ tertiã. vt ego tu ⁊ petrus legimus. ſed non vice verſa. i. ꝙ ſecunda ⁊ tertia non poteſt concipere primam.

**Concipiens medię da ternam: nec retrouerte.**

Expone ſic. Tu concipiens. i. conceptionē faciens da tertiã. ſ. ꝑſonam medie. i. ſcd̃e. nec retrouerte. q. d. ꝙ ſecunda perſona concipit tertiã. tertia vero non poteſt concipere ſecundam

**Sic ego tuqꝫ damus: ego te fraterqꝫ rogamus.**
**Tu fraterqꝫ datis.**

In his duobus metris ponuntur exempla de his que dicta ſunt. patent de ſe.

**Per cum ſed nunqꝫ per vel conceptio fiet:**
**Tu me cum iuſti debemus iura tenere.**
**Sic ego cum petro gaudemus iura tenendo.**

In iſtis v̾ſibus dicit ꝙ conceptio pōt fieri ꝑ cũ ſed non ꝑ vel. vñ conceptio non fit dicēdo ego vel tu lego. Preterea ponit exempla de conceptione facta ꝑ cum dicens. Tu mecum iuſte ⁊c̃.

**Sed non per quintum fiet conceptio caſum.**
**Si quintus deſit: vt petre tuiqꝫ rogate:**
**Cumqꝫ tuis ſociis orate ſacer dionyſi.**

Dicit ꝙ conceptio non poteſt fieri per vocatiuũ caſum. ſi dictio concepta careat vocatiuo. de hoc ponit exempla dicens. vt petre tuiqꝫ rogate.

**Inter perſonas non fit conceptio ternas.**
**Sed per et aut per cum conceptio fiet earum**
**Neutraqꝫ concipitur: dominus ſeruuſqꝫ precantur:**
**Petrus cum paulo regnant cum rege ſuperno.**

Dicit A. ꝙ conceptio nō fit in tertiis ꝑſonis. Et ratio eſt. q2 vna nō eſt dignior altera Ideo dicit Neutraqꝫ ꝯcipitur. Et ponit exemplũ in lr̃a dicens. Dñs ſeruuſqꝫ p̄cantur. verũqꝫ videt̃ aliquibꝰ in tertiis ꝑſonis. Ideo A. dicit ꝙ conceptio fit eaꝝ ꝑ hanc coniunctionem ⁊ vel per hãc prepoſitionē cum De conceptione per et patuit exemplum ibi. Dñs ſeruuſqꝫ p̄cantur. De conceptione per cũ. dat exemplum ibi. Petrus cum paulo regnant cũ rege ſuperno.

**Pluribus eſt tanqꝫ ſententia certa ꝙ inter**
**Perſonas poſſit fieri conceptio ternas.**

Dicit A. ꝙ plures ſunt certi ꝙ ꝯceptio poſſit fieri in tertiis ꝑſonis. Et hoc eſt verũ reſpectu generis vt petrus ⁊ berta ſunt albi. Et reſpectu numeri. vt homines ⁊ bos currunt. Ac etiã reſpectu caſus. vt petrus cũ paulo regnant ⁊c̃. Non fit autem conceptio in tertiis perſonis reſpectu ꝑſone. Et hac intentione locutus eſt auctor ſupra vbi dixit. Inter perſonas non fit conceptio ternas.

**Ut perſonarum generum conceptio fiet.** — De regimĩe nominatiui poſiti in cõceptiõe generum

Dicit ꝙ ſicut fit conceptio perſonarũ. ita fit conceptio generum. q. d. ꝙ ſicut perſone concipiunt ſe altera alteram. ita ⁊ etiam genera concipiunt ſe alteꝝ alteꝝ. Et hoc declarat in ſequentibus

**Adiectiua tenet generis conceptio maſqꝫ**
**Femineum recipit et neutrum: nec retrouerte.**

**Hic vxorqꝫ thoro ſunt iuncti mente remoti.**
**Sunt domino grati virgo cum virgine iuncti.**
**Bos et iumentum ſunt ad preſepe ligati.**

Hic Auctor declarat de conceptione generum dicens. Adiectiua tenet generis conceptio. i. conceptio generū habet fieri ꝑ adiectiua. Deinde declarat quomō habet fieri dicens. Maſcqꝫ femineuꝫ recipit. q. d. ꝙ maſculinū genus recipit femininū ⁊ neutrum ſub adiectiuo vel relatiuo plural' numeri ⁊ maſculini generis. Et hoc intellige ſic. videlicet qñ maſculinū genus concipit femininuꝫ ⁊ neutrum vt dictum eſt. Poteſt etiam concipere femininum tm̄ ⁊ neutrum tm̄. Exempla patet in littera ibi. hic vxorqꝫ thoro ⁊c. Sūt domino grati ⁊c. Bos ⁊ iumentum ⁊c.

**Neutraqꝫ femineis tanqꝫ concepta videbis.**
**Per vim ſunt leges et plebiſcita coacte.**

Nunc dicit ꝙ neutrum genus interdum cōcipitur a feminino ſub adiectiuo pluralis numeri ⁊ feminini generis. Et ponit exemplum in littera dicens. Per vim ſunt leges ⁊c.

De cōceptione gener̄ īplicita.

**Hoc etiam ſepe facias in diſtribuente.**
**Pronus vterqꝫ iacet de paride dic helenaqꝫ.**

Hic A. ponit cōceptionē generū implicitā dicens. Tu facies ſepe hoc. i. cōceptionē gener̄ implicitam in diſtribuente. i. in nomine diſtributiuo. vt ſi demonſtrat̄ paride ⁊ helena dicatur. vterqꝫ iacet ꝓnus. In iſto exemplo hoc nomē vterqꝫ v̄tute diſtributiōis ſupponit ꝓ paride maſculini generis: ⁊ helena feminini generis. quare valet tm̄. paris ⁊ helena iacent proni.

De regimīe nominatiui poſiti in ꝓlepſi

**Disiungit regimen quod iunxerat ante prolepſis.**
**Hi metuunt: alius dominos aliuſqꝫ magiſtros.**

Superius Auctor dixit de ſyllepſi. Nunc dicit de ꝓlepſi. Conſtrue ſic. Prolepſis diſiūgit. i. ꝑ ꝑtes diuidit regimen quod ipa iunxerat añ. q. d. ꝙ in ꝓlepſi primo ſumitur vnū totū in ſuppoſito v̄bi. quod poſtea totū diuiditur per partes. Et hoc patet in exemplo ab auctore poſito. hi metuūt alius dominos ⁊c. Totum eſt hi ⁊ regitur ab illo verbo metuunt a parte añ ex vi perſone ⁊ numeri. Alius ⁊ alius ſunt partes ⁊ regūtur ab illo v̄bo metuunt per figurā q̄ dicit̄ ꝓlepſis.

De regimīe nominatiui poſiti in zeugmate

**Aut quod propoſuit extra ſumendo reducit:**
**Hi properant et ego: tu ludis et ille ſedendo.**

Iſte textus ſm̄ aliquos exponitur ꝙ ibi ꝓlepſis ſit. et ſm̄ aliquos ꝙ ibi ſit zeugma. Vide cōſtructiō ⁊ expoſitionē littere. Dehinc excipe ſentētiā ſm̄ quod videbitur. Cōſtrue. aut aliquis reducit ad verbum locutionis aliqñ ntūm ſumendo illum extra illud. id eſt extra naturā illius quod ꝓpoſuit Prolepſis autē non reducit ntūm ad verbum ſumendo ipm̄ ntūm extra illud quod ꝓpoſuit ante. quod patet in exemplo prolepſitico Nos legimus. ego lucanum. tu boetium. Ecce ꝙ ille nominatiuus ego vel tu non ſumit extra illud propoſitum nos. immo eſt de eſſentia ipſius tanqꝫ pars de eſſentia totius. zeugma vero bene reducit nominatiuum ad verbum ſumendo ipſum extra illud quod propoſitum eſt. videlicet hi. Non enim ille nominatiuus ego extrahitur ab illo propoſito hi. immo eſt alia perſona. Ex his patet quomodo auctor latēter innuit differentiam inter prolepſim ⁊ zeugma. Cetera de textu ſunt plana.

De abſolutiōe nominatiui

**Inuenies rectum quandoqꝫ regente ſolutum.**

Superius A. determinauit de ntō ꝓut regitur. Nunc autē determinat de ipō ntō ꝓut abſolute ponit̄ Et dicit Tu inuenies rectū qñqꝫ abſolutū regente. i. abſolute poſitū, vtputa qñ numeramus dicentes. vnus duo tres. iſti vero nominatiui non habent vnde regantur: De ipis non intendimus aliquid ꝑdicare. ſed tm̄ per ipos numerare. Et nota ꝙ ntūs pluribus modis abſolute ponitur. vt patꝫ in his v̄ſibus Abſoluūt rectū dubium breuitaſqꝫ relatū. Hiſqꝫ ſupſcriptū numer̄ titulū ſupadde.

**Ecce tibi rectum quartum ve ſolet dare caſum.**

Dicit ꝙ hoc aduerbium Ecce ſolet dare rectum. i. ntūm vel ꝓ et quartum. i. actūm. vt ſi dicat̄. Ecce magiſter. ecce magiſtrū. Nota ꝙ ille ntūs aut ille accuſatiuus non regitur ab illo aduerbio ecce. ſ ab vno verbo ſubintellecto venit vel adeſt. vide vel reſpice

De regimīe obliquoruꝫ et primo genitiui.

**Et obliquorum regimen quod ſcire laboras.**

Superius Auctor determinauit de ntō. Nunc autē determinat de regimine obliquoruꝫ Et dicit ꝙ regimen obliquorum quod ſcire laboras eſt. vt patet in ſequentibus

**In primis regimen quod fit per nomina: poſt hec**
**Quod per verba: dehinc quod fit per cetera dicam.**

Hic A. dat ordineꝫ quem ſit obſeruaturus in dictionibus determinando de regimine obliquor̄ Et dicit ꝙ primo intendit dicere de regimine quod fit per nomina. poſt hec de illo quod fit per verba. dehinc de illo quod fit per cetera. id eſt per ceteras parteſ orationis.

**Hinc exempla notes quibus iſta videbis aperte.**

Hortatur lectorē ꝙ bene notet exempla. qm̄ in ipſis aperte videbit omnia regimina ſupradicta.

**Nomen ſignificans poſſeſſum da genitiuo.**

Dicit ꝙ nomina importantia poſſeſſionem regunt gtūm ſignificantem poſſeſſorem. ⁊ denominat illud regimen ex vi poſſeſſionis. vt capra petri.

De regimīe genitiui ex vi poſſeſſionis

**Dicere ſi vere poſſis: iſtud mea res eſt.**
**Cum nihil adiungas: tunc eſt poſſeſſio pura.**
**Dentur in exempla tibi: regis equus: ducis aula.**

Poſita regula generaliori videlicet de gtō. put regitur ex vi poſſeſſionis. Nunc autē ad maiorem euidentiā rei diuidit poſſeſſionem. ſcꝫ in puram ⁊ nō purā. Et dicit ꝙ poſſeſſio pura eſt qn̄ poſſeſſor oſtenſa poſſeſſione poteſt vere dicere. iſtud eſt meū vel mea res nihil addēdo. vt equus regis. aula ducis. Et de hac poſſeſſione intendit dicere cum dicit. Dicere ſi vere poſſis.

**Si petis adiungi: non eſt poſſeſſio pura.**
**Per plures ſpecies huius diuiſio fiet.**

Nunc dicit ꝙ non pura poſſeſſio eſt qn̄ poſſeſſor oſtenſa poſſeſſione non poteſt vere dicere. iſtud eſt meū vel mea res niſi aliud addatur. verbi gr̄a oſtenſo vicino vel ſocio non poſſum vere dicere. hoc eſt meū ſiue meus. niſi addatur vicinus vel ſocius. Et hoc intendit cum dicit. Si petis adiūgi. Deinde dicit. ꝙ hec talis poſſeſſio diuiditur in plures ſpecies. de quibus infra tractabitur.

**Pars propriumqꝫ regunt genitiuos: atqꝫ reguntur:**
**Dum tamen attendas laudem vel crimen vtrinqꝫ.**
**Dextra viri fortis ſpeciem ſuperat mulieris.**
**Uir fortis dextre: ſpeciei femina mire.**
**Uir duri capitis: et forme femina turpis.**

De regimīe genitiui ex vi demonſtrationis eſſentie

In his verſibus ponit quattuor regulas cum exemplis earum de regimine genitiui. Primas duas ponit cum dicit. Pars propriumqꝫ regunt genitiuos. Alias duas ponit cum dicit Atqꝫ regunt̄ Dū tamen attendas ⁊c̄. Expone ſic. Pars. i. dictio ſignificans partem alicuius rei: vt pes ⁊ manꝰ. qꝫ pro et proprium. i. dictio ſignificans proprietatem alicuius ſubiecti. vt ſpecies ⁊ forma. regūt genitiuos denotantes illam rem ⁊ illud ſubiectum. vt pes petri. ⁊ forma mulieris. petri regitur ex ui partis. ⁊ mulieris regitur ex vi proprietatis. Deinde dicit. Atqꝫ regunur. Ecce alias duas. Expone. Atqꝫ pro et gtūs ſignificans partem ⁊ proprietatem regitur a dictiōe denotāte totū partis vel ſubiectum proprietatis. Dūtamen attendas laudem vel crimen vtrinqꝫ. id eſt ab vtraqꝫ parte. videlicet totius et proprietatis. q. d. ꝙ totum non poteſt regere partem. nec ſubiectum poteſt regere proprietatem in gtō. niſi addatur laus vel vituperium. Exemplū de laude. vir fortl̄ dextre. femina mire ſpeciei. Exemplum de vituperio. vir duri capitis. ⁊ femina turpis forme. Et eſt ſciēdū ꝙ illi genitiui laudis vel vituperij reguntur ex natura declarationis vel demonſtratiōis eſſentie

**Et debet parti quod pars fuit annumerari.**

Dicit ꝙ dictio deſignans illō qō olim fuit ps licet mō nō ſit. qꝛ forte totū ꝯſumptū eſt. debet ānumerari pti. i. ꝙ ita pōt ꝯſtrui cū gtō. acſi de pn̄ti eſſet pars. vt pes porci. ⁊ caput piſcis eſt nob gratū

**Clauſum ſub parte dices tunc temporis eſſe.**

Dicit ꝙ dictio deſignans tempus regit ſuum totum in genitiuo ex vi partis. vt cum dicimꝰ. tunc temporis. temporis regitur ex vi partis ab illo aduerbio tunc. Et reſoluitur tūc. i. in illa parte.

**Contentum regit hoc: et res que continet illud:**
**Ut vinum vaſis: et ſunt duo dolia vini.**

Dicit ꝙ dictio deſignās rē ꝯtētā regit rē ꝯtinētē in gtō ex vi ꝯtēti. vt vinū vaſis. ⁊ dictio ſignificans rem q̄ cōtinet illud ſcꝫ cōtentū regit ipm̄ in genitiuo ex vi rei continentis. vt duo dolia vini.

**Contentis ſuberunt ea que contenta fuerunt.**

Dicit ꝙ noīa ſignificātia ea q̄ fuerunt aliqn̄ ꝯtēta ſuberūt contentis. id eſt habebunt ꝯſtructionē genitiui datā in precedenti regula. i. licet de preſenti nō ſint. poſſunt tn̄ dici contenta. vt vinū vegetis ego bibi. Nam dum biberem vinum. non amplius erat in vegete: immo iam erat extra. vel poſſibile fuit in dicta vegete ipm̄ non fuiſſe.

**Tempus qui fiunt in eodem continet actus.**

Dicit ꝙ dictio denotans aliquem actum in tempore regit ipm̄ tempus in genitiuo ex vi temporalis actus: Exemplū opus triū dierū. id eſt opus factū in tribꝰ diebꝰ. Et dictio ſignificās tempus regit actū factū in tpe in gtō. vt dies laborl̄. Cōſtrue. Tēpꝰ ꝯtinet actꝰ qui fiūt in eodē ſcꝫ tēpore

**His adiungatur prelatio cum famulatu**

**Rex huius populi venit: regiſqꝫ miniſter.**
Dicit ꝙ nomina ſignificantia prelationem regunt gtūm denotantem famulatum ex vi prelationis. vt rex huius populi. Item nomina ſignificantia famulatum regunt gtūm denotantem prelationem ex vi famulatus. vt miniſter regis.

**Proximitas contrarietas genus his ſocietur.**
**Huius vicinus: hoſtis regis: pater eius.**
Dicit ꝙ nomina ſignificantia ꝓximitatem vt vicinus. ⁊ contrarietatem vt hoſtis. ⁊ generationē vt pater conſtruuntur cum gtō ex natura predicta ſiue ex natura correlatiui reſpectus. qd alij ſic exprimunt. i. ex vi ꝓximitatis. cōmunitatis ⁊ generis. reddendo ſingula ſingulis.

De regimie genitiui ex vi actus conuerſi in habitum

**Verbum quod tranſit: dat in oꝛ verbale vel in trix.**
**Preſens participans pro nomine ponitur: iſtos**
**Iſta regunt caſus: vt amans amatoꝛ vel amatrix.**
**Cuilibet iſtorum poteris coniungere vini.**
Dicit Auctoꝛ ꝙ a verbis tranſitiuis deſcendunt nomina verbalia in oꝛ deſinentia. vt ab amo deſcēdit hoc nomen amatoꝛ amatoris. ⁊ etiam deſcendunt verbalia in trix deſinentia: vt amatrix tricis. Dicit etiam ꝙ pſens participium dictoꝝ verborum aliqñ ponitur ꝓ nomine. vt amans. Et iſta talia nomina regunt iſtos caſus predictos. videlicet gtōs ex natura actus conuerſi in habitum. vt amatoꝛ vini. amatrix vini. amans vini. Et exempla hec ponit cum dicit Cuilibet iſtorū poteris ⁊c. poteris dare gtūm caſum cuilibet predictorum nominum.

**Suntqꝫ regendo pares predictis equiparantes.**
**Vt cupidus ludi puer eſt: timiduſqꝫ flagelli.**
Dicit Auctoꝛ ꝙ dictiones habentes vim pdictaꝝ ſunt pares. i. ſimiles quantum ad modum conſtruendi. vt puer cupidus ludi. qꝫ pro et timidus flagelli Nam iſte dictiones cupidus ⁊ timidus habent vim nominū verbalium. ideo ſeruant vim earum in conſtruendo.

De regimie genitiui ex vi cauſe efficiētl artificialis

**Artifici regimen datur hic: vt epiſtola pauli.**
Hic Auctoꝛ ꝑponit determinare de regimine genitiui pro ut regitur ex vi cauſe. Et habꝫ fieri multis modis. ꝓ ut patebit inferiꝰ. Dicit ergo ſic Regimen de gtō datur hic artifici. q. d. ꝙ artifex regitur in gtō ab artificio ex natura cauſe efficientis. vt epiſtola pauli.

De regimie genitiui ex vi cauſe finalis

**Quodqꝫ fit ob cauſam regit hos: velut ara triumphi.**
Dicit ꝙ dictio ſignificans effectum regit eam rem propter quam factus eſt ex natura effectꝰ cauſe finalis. vt buſta parentum

De regimie genitiui ex vi cauſe efficientl naturalis

**Effectus nomen iunges cauſe genitiuo.**
**Effectus culpe pudoꝛ eſt et pena reatus.**
Hec regula fere ſimilis eſt pdicte Nam ⁊ gtūs iſte regitur ex natura effectꝰ cauſe efficientis. fere dico quoniam predicta regula de cauſa efficiente datur de rebus coꝛpōreis. iſta vero de rebus incorporeis. vt patet intuenti.

De regimie genitiui ex vi cauſe formalis

**Illud quod regitur et rectoꝛ idem tibi ſignant.**
**Virtus vera dei nos crimine purget ab omni.**
Dicit Auctoꝛ ꝙ dictio recta ⁊ regens aliqñ idem ſignificant. ⁊ tunc gtūs regitur ex natura identitatis. vt virtus vera dei. Nam vera virtus ⁊ deus idem ſunt

De regimie genitiui ex vi cauſe materialis

**Materiam ſignans iungatur: vt anulus auri.**
**Aut ablatiuum dabit ex vel de preeunte.**
Dicit ꝙ dictio deſignans rem materiatam regit ipam materiam in gtō. vel in ablatiuo cum prepoſitione de vel ex ex natura effectus cauſe materialis. vt anulus auri vel de auro

De regimie genitiui ex vi relationis

**Adde relatiuum: vt ſunt dupla quaterna duorum.**
**Sic ſpeciem generis: dic atqꝫ genus ſpeciei.**
Dicit ꝙ nomina relatiua que exemplificat in littera. vt duplum quadruplum ſpecies ⁊ genus regunt gtūm ex natura correlationis ſiue demonſtrationis. vt quaterna ſunt dupla duorum. et ſpecies generis. ⁊ genus ſpeciei. Nec intelligas de omnibus relatiuis. ſed ſolum de illis de quibꝰ exemplificat: videlicet de illis de quibus poſita ſe ponunt ⁊ pempta ſe perimūt. vt duplum ⁊ quadruplum. ſpecies ⁊ genus. que relatiua ſunt potius logicalia ꝙ̄ grammaticalia

De regimie genitiui ex vi partitionis.

**Cum partitiuis numerum ſeriemqꝫ locabis.**

# De regimine genitiui

**Quilibet alter vter neuter duo quartus eorum.**

Dicit ꝙ nomina partitiua vt quilibet alter vter neuter ⁊ numeralia vt duo. ⁊ ordinalia vt quartus regunt poſt ſe genitiuū ex vi partitionis. vt quilibet iſtorum.

**Pone gradum medium partitio quando notatur.**

Dicit ꝙ medius gradus. id eſt. comparatiuꝰ quando partitio notatur in locutione. ꝯſtruitur cū genitiuo. vt cum dicitur fortior ianuenſiū. Et nota ꝙ ſubintelligitur nomen partitiuum. ſcilicet a quo nomine partitiuo regitur ille genitiuus.

**Ut partitiuum pones vbiqꝫ locorum.**

Dicit ꝙ hoc aduerbium vbiqꝫ conſtruitur cum genitiuo ac ſi eſſet partitiuum.

**Sub partitiuis pronomina terna locabis:**

**Ut volucrum canit hec: gemit illa: tacens manet iſta.**

Dicit ꝙ hec tria ꝓnomina. ſcilicet hic ille ⁊ iſte conſtruuntur cū gtō. ac ſi eſſent partitiua.

**Da gradui ſummo genitiuum plura notantem.**

**Eſt ſalomon populi ditiſſimus atqꝫ virorum:**

**Iſte gradus geminos quandoqꝫ regit genitiuos:**

**Eſſe ſolet nemorum regum ditiſſimus iſte.**

Dicit A. ꝙ ſuperlatiuū regit poſt ſe genitiuū pluralem vel ſingularem nominis collectiui. vt Salomon eſt ditiſſimus populi vel virorꝫ. Deinde dicit ꝙ iſte gradus ſuperlatiuus aliquando regit duos genitiuos. vnū ſcilicet ex natura ſuperlatiōis. alterum ex vi poſitiui. vt iſte ſolet eſſe ditiſſimus regum nemorum. li regum ex vi ſuperlatiōis. nemorum ex vi poſitiui.

**Expoſitum poterit regimen tibi notificare.**

Hic A. declarat illud quod dixit. videlicet ꝙ ſuperlatiuꝰ gradus aliquando poteſt regere duos genitiuos. Et dicit ꝙ regimen expoſitum poterit tibi notificare. q. d. ꝙ tu poteris reſoluere ſuperlatiuum in ſuū poſitiuū ⁊ aduerbium valde. Poſtea videas ſi poſitiuū poteſt conſtrui cum genitiuo. quia ſimiliter ⁊ ſuperlatiuū poterit cum dicto genitiuo conſtrui. verbi gratia. ditiſſimꝰ exponitur id eſt. valde diues. Et quia diues poteſt regere genitiuū. ideo ditiſſimus poteſt regere illum genitiuum. vt diues nemorum ⁊ ditiſſimus nemorum.

**Idqꝫ quod eſſe ſolet de conſuetudine iungam.**

**Ut caupo piſtor horum ſchola ſiue capella.**

De regiminibꝰ genitiui reducibilibus ad regimina principalia.

Dicit A. ꝙ non ſolum ea que principaliter ſunt in actu. habent dictas regulas verificare. ſed etiā id quod eſſe ſolet de ꝯſuetudine. licet modo non ſit. habet obſeruare dictas regulas. vt ſi dicā. piſtor horum. licet modo non ſit piſtor. tamen piſtor conſtruitur cum illo genitiuo horū ac ſi de preſenti eſſet piſtor eorum. Et eſt ſciendum ꝙ hec regula eſt cōmunis ad omnes predictas ⁊ ſubſequentes de regimine genitiui.

**Leticie cathedram ſub conſuetudine ponam.**

Dicit A. ego ponaꝫ ſub ꝯſuetudine regiminis predicti hanc ꝯſtructionē cathedram leticie. Naꝫ licet iſta cathedra modo non demonſtret leticiam. tamen quia conſueuit leticiam demonſtrare. ꝯſtruitur cum genitiuo illo leticie ex vi demonſtrationis eſſentie. ac ſi eſſet de preſenti.

**Additur excellens: flos florum virgo beata.**

Quaſi dicat ꝙ nominatiuus ſingularis poſitus ſuper genitiuo plurali regit illum genitiuū ex natura excellentie. vt flos florum.

**His precium iunges: vt ſalmo trium ſolidorum.**

Dicit ꝙ dictio per quam ſignificatur res apta vendi vel emi regit precium in genitiuo ex natura declaratiōis eſſentie. licet aliqui dicant ex natuta precij.

**Etatem iungo velut annorum puer octo.**

Dicit A. ego iungam predicto regimini etatem. id eſt. cuius eſſentia habet ſpecificari ex etate. hoc eſt. dictio ſignificans rem habentem etatem regit gtīm ſignificantem determinatam quantitateꝫ illius etatis. vt puer octo annorum.

**Menſuramqꝫ notans: vt vaſa trium modiorum.**

Dicit A. ꝙ nomina que habent ſpecificari per menſuram ꝯſtruuntur cū genitiuo ex natura rei mēſurate. cū genitiuo dico determinante menſuram. ⁊ ſm aliquos ex natura declaratiōis eſſentie.

**Remqꝫ repreſentans regit hunc aut ſigna figurans.**

**In crucis hoc ſigno vel regis imagine ſigno.**

Dicit A. ꝙ nomen aliquid repſentās vel figurans conſtruitur cum genitiuo ſignificante repſentatum vel figuratū ex natura repſtatiōis vel figuratiōis. vt in hoc ſigno crucī ⁊ in imagine regis.

Per ſupplementum proprijs iunges genitiuum
Dalila ſanſonis probat hoc iacobiqꝫ maria.

Dicit A. ꝙ ꝓpria nomina conſtruūtur cum genitiuo non per ſe ſed per ſuppletionē nominis appel/latiui. vt dalila ſanſonis ſ. intelligitur vxor. ⁊ maria iacobi ſ. intelligitur mater.

Multaqꝫ comperies cuꝫ poſſeſſiua reſolues.

Dicit A. expediendo ſe de regimine genitiui prout regitur a nomine. ꝙ tu comperies. id eſt. inuenies multa nomina in genitiuis caſibus ꝯſtructa. cum pro quando tu reſolues poſſeſſiua. que quidem in ſe implicant genitiuū primitiui. vt ſi dicamꝰ. Euandrius enſis. reſoluitur ſic. enſis euan/dri. Et dicit ꝙ fere omnes ꝯſtructiōes predicte de genitiuo poſſeſſorie ſunt vel reducibiles ad poſ/ſeſſoriam. Nam ſm̄ Priſcianū omnis ꝯſtructio que poteſt reſolui per habens ⁊ poſſidens poſſeſſo/ria dicitur eſſe.

De regimīe genitiui a verb ꝑ/ſonalibus ex vi rei verbi ſignificate vt per mo/dum alterius

Additur oblitus memini memor atqꝫ recordor.

Nunc A. determinat de genitiuo prout regitur a verbo. Et dicit ꝙ pertinentia ad memoriā ⁊ eorum deriuata. vt oblitus memini memor ⁊ recordor. ꝯſtruuntur cum genitiuo ex vi ſignificatiōis verbi. vt obliuiſcor lectionis. id eſt. patior obliuionem lectionis.

De regimīe genitiui a verb impersonalibuſ ex vi pertinētie ſignificate ꝑ mo/dum vt alteriꝰ

Inter et eſt iunge: demes pronomina quinqꝫ.
Intererit regis vt regnum iure gubernet.
Regine refert: vt viuat crimine pura

Dicit ꝙ intereſt ⁊ refert ꝯſtruūtur cū oībꝰ genitiuis caſibus. preter cuꝫ quinqꝫ genitiuis caſibus primitiuorum pronominū. ſcilicet mei tui ſui noſtri ⁊ veſtri. Exempla patent in littera.

Eſt intellectum pro pertinet additur iſtis:
Eſt patris matriſqꝫ pie ſuccurrere nato.

Dicit ꝙ hoc verbum eſt quando intelligitur pro pertinet additur iſtis. ſcilicet predictꝭ verbis. vi/delicet quod eodem modo ꝯſtruitur cum genitiuo ſicut ipſa. Exempla patent in littera.

Dat regimen ſimile quod pertinet: officiumqꝫ:
Vt cuſtos rerum: ſic et cuſtodia rerum.

Dicit A. ꝙ dictio deſignans pertinentiā ⁊ officium conſtruitur cum genitiuo poſt ſe ex vi pertinen/tie ⁊ officij. Exempla patent in littera.

De abſolutiōe genitiui.

Et rectore caret genitiuus ſepe localis
Cum nullum motum deſignes: dum preeuntis
Sit numeri nomen: ſit prime ſiue ſecunde:
Rothomagi ſtudeas: vel rome deinde moreris:
Militie tamen atqꝫ domi reſidebis humiqꝫ

Dicit A. ꝙ genitiuus aliquando a nullo regitur. ſed abſolute ponitur. Et dicit ꝙ genitiuus loca/lis ſepe caret rectore. id eſt. dictione regente dum nullum motum deſignes. id eſt. dum iungi/tur verbo ſignificanti permanentiam vt ſto ⁊ ſtudeo. dum etiam motus localis ſit preeuntis nu/meri. id eſt. ſingularis ⁊ ſit prime ſiue ſecunde declinationis. Exempla ponūtur in littera. Rotho/magi ſtudeas. ⁊ cetera. Et nota ꝙ hec regula eſt de ꝓprijs nominibꝰ locoꝝ ſimpliciū. Adduntur tamen iſta tria. videlicet militia domꝰ ⁊ humꝰ. Ideo dicit auctor. militie tamen atqꝫ domi reſi/debis humiqꝫ.

Veſpere paſcalis hoc poni more videtur.

Iſte verſus varias habet expoſitiones: Textus autem ſic ſonat. veſpere paſcalis. id eſt. illa dictio veſpere de qua legitur in officio paſcali. cum dicitur. veſpere autem ſabbati ⁊c. videtur poni hoc mo/re. quo ſcilicet predicta nomina localia.

De regimīe datiui ex vi poſſeſ/ſionis.

Poſſeſſum debes ſociare genuſqꝫ datiuo
Cum verbo per quod ſubſtantia ſignificatur.

Expedito de regimine genitiui. Auctor determinat de regimine datiui. Et primo ponit regulam talem. Nomina ſignificantia poſſeſſum ſeu rem poſſeſſam. vt equus ⁊ liber. Et nomina ſignificantia genus ſeu parentelam. vt pater ⁊ ꝯſanguineus. ꝯſtruuntur cū datiuo mediante verbo ſubſtantiuo ſum es eſt. vt iſte equus eſt mihi. ⁊ ille homo eſt pater tibi.

De regimīe datiui ex vi relationis.

Sicqꝫ relatiue voces hunc ſepe gubernant.

Dicit A. ꝙ voces relatiue. id eſt logicales intellige vt dn̄s ⁊ ſeruus. gubernant hoc eſt regunt hūc ſcilicet datiuum mediante verbo ſubſtantiuo. vt iſte eſt dn̄s mihi. ⁊ ille eſt ſeruus tibi.

His contrarietas ſocietur proximitaſqꝫ:
Iſti diſſimilis vicinus ſiue propinquus.
Dicit ꝙ nomina importantia ꝯtrarietatem. vt diſſimilis inimicus. ⁊ proximitatem. vt vicinus et propinquus. conſtruuntur cum datiuo. vt ſupra patent exempla.
In bilis aut in dus verbalia iungis eiſdem:
Sic nobis chriſtus amabilis eſt et amandus.
Dicit ꝙ nomina in bilis aut in dus deſinentia. vt amabilis ⁊ amandus. conſtruuntur cum datiuo Exempla patent in littera. Sic nobis chriſtus.

De regimīe datiui ex vi acquiſitionis

Damnum ſignificans aut vtile: pone datiuo.
Hic patri gratus: hoſtiqꝫ grauis dare debes.
Patri ſi proſit illud quod ſubtrahis hoſti.
Hic ponitur alia talis. Dictiones ſignificantes damnū. vt grauis ⁊ tedioſus. aut vtilitatē. vt gratus ⁊ amoroſus conſtruuntur cum datiuo. Exempla patent.

De vi regiminis datiui

Iſtius regimen dabit acquiſitio caſus:
Nobis eſt paſſus: qui nobis cuncta creauit.
Nobis ſurrexit: qui nobis tartara fregit.
Dicit ꝙ acquiſitio dabit regimen iſtius caſus. quaſi dicat ꝙ datiuus aliquando regitur ex natura acquiſitionis. vt patet in exemplis poſitis in littera. Et exponitur nob. i. ad vtilitatē noſtram.
Verbo ſepe duos dabis acquirendo datiuos:
Hec mihi ſunt lucro: ſunt vobis cetera damno:
Acquiſitiua notes: quibus acquiſita videto.
Dicit ꝙ verbum acquiſitiue poſitum ſepe regit duos datiuos. vnum ex natura acquiſitionis aliū ex natura cauſe finalis. vt hec mihi ſunt lucro. Ideo notanter ſubdit. Acquiſitiua notes. quaſi dicat ꝙ in tali conſtructione tu debes notare acquiſitiua ⁊ ea que ſunt acquiſita. verbi gratia. hec mihi ſunt lucro. id eſt. hec ſunt mihi ad lucrum.
Sepe reſoluis in ab: huic viſus viſus ab illo.
Dicit ꝙ datiuus ſepe reſoluitur in ablatiuū cū prepoſitiōe a vel ab. vt viſus huic. i. ē viſus ab hoc
His preceptiua quarti ſiue potes dare verba.
Iungeſqꝫ fari ſignant vel ſignificare.
Hec tibi clarifico ſigno vel denoto ſcribo.
Erudio doceo iubeo ſimul inſtruo diſco.
Ac introduco debes coniungere quarto.
Dum tamen acquiris decet hec ſociare datiuis.
Dicit ꝙ pertinentia ad precipiendum. vt iubeo. ad loquendum. vt dico. ad notificandum vt clarifico: poſſunt conſtrui cum datiuo ⁊ cum accuſatiuo. vt ego iubeo tibi hoc. dico tibi verum. clarifico tibi argumentuꝫ. Et ſic de ſimilibus.

De regimīe datiui a ꝑtib⁹ nō ꝑcipalib⁹ qḋ fit ex vi ſue ſignificationis

Obuius atqꝫ viam vio ve ſimul heu quoqꝫ iungam.
Dicit ꝙ hoc nomen obuius. a. um. ⁊ hoc aduerbium obuiam. ⁊ hoc verbum obuio obuias. ⁊ he due interiectiones ſignificationis dolentis. ſcilicet ve ⁊ heu conſtruuntur cuꝫ datiuis caſibus. vt obuius tibi. obuiam illi. obuio vobis. heu tibi. ve illi.

De regimīe datiui a v̄bis impſonalib⁹ qḋ fit ex vi acq̄ſitiōis

Contigit accidit euenit et placet adde datiuo.
Et libet atqꝫ licet liquet et vacat additur iſtis
Dicit ꝙ iſta v̄ba in l̄ra poſita ⁊ ſimilia poſſunt conſtrui cū datiuo. vt mihi placet ſcribere

De r̄gimīe acti

Accuſatiui regimen ſubiungitur iſtis.
Quaſi dicat ꝙ dicto de regimine datiui. dicendum eſt de regimine accuſatiui.

De regimīe accuſatiui indifferenter a nōie et a v̄bo qḋ fit ex vi ꝑpoſitionis ſufficienter intellecte.

Sepe quod eſt partis: toti datur: et regit illam:
Eſt ibi ſynecdoche: quando faciem nigra: dentes
Albet: nuda pedes: mulier redimita capillos.
Dicit ꝙ ſepe proprietas partis attribuitur toti. ⁊ totum regit illam partem in accuſatiuo per fi/

guram. que dicitur ſynecdoche. vt mulier nigra faciem.

De regimĩe accuſatiui a verb regentibus duos accuſatiuos ſimul ex vi trãſitionis.

Multotiens verbum fert ſignificata duorum:
Uoce gerundiui ſolet vnum ſignificari.
Accuſatiuos hoc verbum dat tibi binos.
Dum manet actiuum: ſed et alter habetur eorum
Qui ſi iungatur paſſiuo non variatur

Dicit ꝙ multotiens vnũ verbum habet ſignificata duorum verborum. quorum vnũ ſolet ſignificari per vocem gerundij incluſi in ſignificatione dicti verbi. vt doceo te grãmaticam. id eſt. doceo te tradendo grãmaticam. Deinde dicit ꝙ hoc tale verbum dat tibi binos accuſatiuos. dum maneat actiuum. Et hoc dicit. quia ſi eſſet paſſiuũ non poſſz regere duos accuſatiuos. vt doceor. Preterea dicit. ꝙ alter illoꝝ duoꝝ accuſatiuoꝝ qui regũtur ab actiuo nõ variatur. id eſt. non mutatur ſi iungatur paſſiuis. vt doceo te grãmaticam. tu doceris a me grãmaticam.

De regimĩe accuſatiui ab infinitiuo verborũ regentiũ duos accuſatiuos.

Infinitiui natura modi ſociatur.
Impersonalis tamen hinc modus excipiatur.

Dicit ꝙ infinitiui verborum perſonaliũ ante ſe regunt accuſatiuũ ex natura infinitiui. Notanter dico verborũ perſonaliũ. quia infinitiui verborum impersonaliũ non hñt iſtuz modũ ꝯſtruendi. Et hoc eſt quod A. dicit. Impſonalis tamẽ hinc mod⁹ excipiatur.

Hinc datur exemplum tibi triplex: dico magiſtrum
Diſcipulos mores placidos de iure docere.

Modo põnit A. exemplum triplex. id eſt. exemplum triplicis accuſatiui. de quo tractatum eſt in duabus regulis proxime dictis ⁊ dicit. Ego dico magiſtrũ docere de iure diſcipulos placidos mores. Quomodo autem regantur illi tres accuſatiui. declarat in ſequentibus.

De vi regimis accuſatiui ab infinitiuo

Infinitiui natura regit preeuntem.
Doctrinaz capiens regitur vi tranſitionis.
Hocqꝫ gerundiuum tradendo dic ibi clauſum
Cuius vi regitur caſus qui non variatur.
Dum per paſſiui vocem volo dicta reſolui.
Aut illic poſiti regit hunc vis propria verbi.

In his verſibus A. declarat ex qua natura reguntur illi tres accuſatiui de quibus tradidit exemplum illud ſcilicet dico magiſtrũ diſcipulos mores placidos de iure docere. Et dicit ꝙ primus accuſatiuus ſcilicet magiſtrũ regitur ab illo infinitiuo docere ex parte añ ex vi infinitiui. Poſtea dicit ꝙ capiens doctrinã. i. accuſatiu⁹ repreſentãs doctrinam in capiente. videlicet diſcipulos regitur ab illo infinitiuo docere ex parte poſt ex vi tranſitionis. Demũ dicit ꝙ in tali ꝯſtructiõe includitur illud gerundium tradendo. ſicut ante dictum eſt in illa parte. Multotiens vbũ ⁊c. ⁊ ex vi illi⁹ gerũdij tradẽdo regitur ille actũs mores placidos. qui actũs nõ variatur dũ fit ꝯuerſa locutio de actiuo in paſſiuũ. Aut ꝙ ꝓpria vis verbi poſiti in ꝯſtructione illa regit hunc ſcilicet accuſatiuũ vltimatum. Et ſic non expedit ꝙ regatur ex vi gerundij.

De regimĩe accuſatiui a verb actiuiſ ex vi trãſitionis

Accuſatiuis data per vim tranſitionis
Si vox concordet: actiua frequenter habebis.

Dicit A. ꝙ verba regentia poſt ſe accuſatiuũ ex vi tranſitionis frequenter habentur actiua ſi vox concordat. Hoc eſt ſi habeãt vocem actiuam. videlicet ſi deſinãt in o. Et hoc fit ꝓpter aliqua deponentia. vt ſequor ⁊ ſimilia. que licet regant accuſatiuũ per vim tranſitionis. ⁊ habeãt ſignificationem actiuã. non tamen habent vocem actiuam.

Uerbo compoſito caſum quandoqꝫ locabis
Quem dat componens: vt vis exire penates.

Quaſi dicat ꝙ verba compoſita ex prepoſitiõib⁹ aliquando regunt accuſatiuũ aut alium caſum ex vi prepoſitiõis compoſite. vt vis exire penates. ille accuſatiuus penates regitur ab illo verbo exire ex vi prepoſitionis compoſite. Componitur enim exeo ex extra corrupto ⁊ eo is. Poteſt tamen cõponi ex ex ⁊ eo is ⁊ regere poſt ſe ablatiuũ. vt in Eſopo. Semen exit humo.

De regimĩe acti a vbiſ impſonalib⁹ actiue vociſ regẽtib⁹ actm̃ ⁊ gtm̃ ſimul. gtm̃ ex vi effect⁹ cãe efficiẽtl ⁊ actm̃ ex vi trãſitiõis

Penitet et tedet miſeret piget et pudet: iſta
Accuſatiuos ſibi iungunt et genitiuos:
Natura primum: ſed tranſitione ſecundum.

# De regimine accuſatiui

Auctor dicit ꝙ verba in littera poſita intranſitiue conſtruuntur cum accuſatiuo ex parte an̄ ex na/tura ſue imꝑſonalitatis ſiue ex natura actus receptibilis ꝑ modum vt in quem. ⁊ a parte poſt conſtruuntur cum genitiuo ex natura tranſitionis ſiue ex natura effectus cauſe efficientis. vt me penitet peccatorum.

**Accuſanſqꝫ modo damnanſqꝫ locatur eodem.**

Quaſi dicat ꝙ verba ꝑtinentia ad accuſandum. vt accuſo ⁊ inculpo. ad damnum. vt damno ⁊ condemno. conſtruuntur cum accuſatiuo ⁊ genitiuo. vt accuſo te leſe maieſtatis. ⁊ condemno Petruꝫ pene capitis.

**Verbaqꝫ ſumpta foris chriſti bonus ardet amorem.**

Dicit ꝙ verba ſumpta foris. id eſt. tranſumptiue regunt poſt ſe accuſatiuū. vt bonus homo ardet amorem chriſti. id eſt. ardenter amat.

**Que ſine perſona ſunt: atqꝫ gerundia iungis:**
**Si tamen a verbo quod tranſeat illa creabis:**
**Mattheum legitur: pſalmos erat ante legendum.**

Dicit ꝙ verba ſine perſona. id eſt. impꝑſonalia necnon gerundia ⁊ ſupina venientia a verbo quod tranſeat. id eſt. a verbo regente accuſatiuū poſt. conſtruuntur cum accuſatiuo ex parte poſt. vt a me legitur Mattheum. ⁊ ante erat legendum pſalmos.

**Poſtulo poſco peto doceo rogo flagito celo**
**Exuo cum veſtit monet induo calcio cingo**
**Accuſatiuos geminos hec verba requirunt.**
**Hunc dant paſſiua: quem verba volunt ibi clauſa:**
**Seu quem vis verbi ſibi poſtulat aſſociari.**

Dicit auctor ꝙ verba in littera poſita requirunt duos accuſatiuos. vt poſtulo te veniam. Preterea dicit ꝙ paſſiua dictorum verborum regunt poſt ſe vnum de duobus dictis accuſatiuis illum ſcilicet quem regunt verba ibi clauſa. id eſt. verba gerundia in dictis verbis incluſa: ſiue illum quem ꝓpria vis verbi. id eſt. ꝓpria ſignificatio verbi poſtulat ſibi aſſociari. vt exuor a te tunicam.

**Ornatus verbum ſpacij moreqꝫ gubernant**
**Accuſatiuos vocum: que talia ſignant.**
**Te veſti tunicam perges iam milia ſeptem.**

Dicit A. ꝙ verba ꝑtinētia ad ornatum vt veſtio. ad ſpacium vt vado ⁊ pergo. ad moram vt ſto et maneo. gubernant. id eſt. regunt accuſatiuos vocum hoc eſt dictionum. que ſignant. id eſt. ſignificant talia predicta. videlicet ornatum ſpacium moram. vt patet in his exemplis. Ego veſti te tunicam. tu pergis iam milia ſeptem. Ego ſteti tecum duos menſes. Veruntamen ſciendum eſt ꝙ in his duabus vltimis ↄſtructionibus ſubintelligitur iſta prepoſitio per.

**Sepe regente caret vite modus: idqꝫ probato:**
**Vir bone viue deum: ſic viues ſecula cuncta.**

Hic A. dicit ꝙ accuſatiuus repreſentans modum vite ſeu modum viuendi ſepe caret dictione regente. id eſt. ponitur abſolute. vt patet in exemplis auctoris.

**His obliuiſcor iunges meminiqꝫ recordor.**

Quaſi dicat ꝙ verba pertinentia ad memoriam poſſunt conſtrui cum accuſatiuo caſu. vt ego recordor lectionem. Super iſto paſſu nota ꝙ verba predicta poſſunt conſtrui cum genitiuo cum accuſatiuo ⁊ cum ablatiuo. ſed aliter ⁊ aliter. Nam ſi conſtruantur cum genitiuo vel ablatiuo pars rei denotatur. vt recordor lectionis vel lectione. Et eſt ſenſus. memorie habeo partem lectionis ⁊ nō totam lectionem. Si vero conſtruantur cum accuſatiuo tunc denotamus totum. id eſt. recordor lectionem. id eſt. ſcio totam lectionem. Unde graciſmus. Si diuerſifices rem reiqꝫ reqꝫ recordor. Tuncqꝫ rei cum pars tm̄modo ſcita recordor. Tuncqꝫ recordor eam cum pfecte ſcio totam.

**His iungas iuuat atqꝫ decet delectat oportet.**

Sententia eſt ꝙ verba in littera poſita conſtruuntur cum accuſatiuo. vt me delectat legere.

**Oqꝫ ſibi quartum ſolet heu quoqꝫ iungere caſum.**

De regimīe accuſatiui a partibus indeclinabilibꝰ ex vi ſue ſignificationis

Dicit ꝙ he due dictiones o ⁊ heu ſolent regere accuſatiuū. vt o Petrum virum infinite prudentie. heu me infelicem.

**Adde per et ſimiles per vicos itur ad vrbes.**

Quaſi dicat ꝙ iſta prepoſitio per ⁊ alie volunt accuſatiuo caſui deſeruire. ponitur exemplum in littera. per vicos itur ad vrbes.

**Inqꝫ notans contra quarto ſolet eſſe locata.**

Dicit ꝙ iſta prepoſitio in qñ ponitur pro contra. ſeruit accuſatiuo. vt vado in hoſtes. id eſt. cõtra hoſtes. Item in non ſolum conſtruitur cum accuſatiuo, put valet tm̃ ſicut contra. ſꝫ etiã alijs decẽ modis. Primo qñ ꝯſtruitur cũ verbo importãte motũ ad locũ. vt vado in domũ. Secundo qñ notat iherentiã ſiue tendentiã i aliud. vt credo i deũ. Tertio qñ notat ſimilitudinem. vt ille locutꝰ eſt in hec verba. i: ad ſimilitudinẽ illoꝝ verboꝝ. Quarto qñ denotat mutationẽ. vt domꝰ ꝯuerſa eſt in cineres. Quinto quando notat expoſitionem. vt Beda ſcribit in Matcum. Sexto quando notat affectum. vt ille eſt bonus in amicos. id eſt. habet bonam affectionem circa amicos. Septimo quando denotatur euentus. vt illud euenit in dampnum ſuum. Octauo quando capitur pro vſq; . vt in euangelio. Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam eternam cuſtodit eã. id eſt. vſq; ad vitam eternam. Nono quando conſtruitur cum dictione eternitatem temporis deſignante. vt iuſti in perpetuum viuent. Decimo quando conſtruitur cum dictione longitudinem temporis importante. vt ille prophetizat in longa tempora. Unde verſus. Contra ſiue locum notat in tendit ſimilatur. Mutat ⁊ exponit ſimul afficit euenitq;. Uſq; ſubauditur infinitatq; diurnat. Unde vis vicibus ſic in quarto ſociabis.

Huncq; gerundiuis caſum veteres poſuere
Ut ſupponentem: quod multorum tenet vſus.

Dicit ꝙ gerundia ante ſe ꝯſtruuntur cum accuſatiuo caſu. ⁊ hoc ſm antiquoſ. vt in ꝯuertendo populos in vnum. hoc etiam tenet vſus antiquoꝝ ⁊ modernoꝝ multorum.

De abſolutiõe accuſatiui

Sepe regente loci nomen caret vt babylonem
Rusq; domum vel militiam rex vadit humumq;:
Nomina que villis ſunt appropriata loco ve.
Qui minor eſt: ſeruant hanc normam: ſunt et eiſdem
Rus et militia domus ac humus aſſocianda.

Dicit A. ꝙ nomina localia ſepe aduerbialiter ponuntur in accuſatiuo caſu. vt rex vadit babylonẽ Poſtea declarat iſtam regulam dicens ꝙ nomina que ſunt appropriata villis ⁊ ciuitatibꝰ. vt bononia. ⁊ q̃ ſunt appropriata loco qui minor eſt. vtputa caſtris burgis. ſeruant normã predictã. Et iſta quattuor appellatiua rus domus humus ⁊ militia ſunt aſſocianda predictis.

De regimie ab latiui

Ablatiuorum regimen ſubiungitur iſtis.

Expedito de regimine accuſatiui regimen ablatiuoꝝ ſubiungitur. Tamen aliqui habent prius hunc verſum.

O q; ſibi quintum quandoq; ſolet regere caſum.

Et merito ꝙ ablatiuus ſequitur vocatiuũ ⁊ vocatiuus precedit. Sententia eſt ꝙ hoc aduerbium o ſolet regere quintũ. i. vocatiuũ caſum qñq;. i. aliqñ. videlꝫ. qñ eſt aduerbiũ vocãdi. vt o Petre.

De regimie ab latiui ex vi exceſſus

Tres notat eſſe gradus qui comparat: inde notabit
Multimodum regimen qui rem diſcernit aperte:
Ditior eſt auro ſapiens ſalomone ſibylla:
Per magis expone regimenq; videbis aperte.
Eſt auro diues regina magis ſalomone.

Hic A. ponit regulas de regimine ablatiui. Et dicit ſic. Ille qui comparat. i. comparationẽ facit notat gradus comparatiõis eſſe tres. ſ. poſitiuũ compatiuũ ⁊ ſuplatiuũ. Et inde qui diſcernit aperte rem. videbit multimodũ regimen ipſius. ſ. ablatiui. Nam in ꝯſtructione attenditur regimen poſitiui comparatiui ⁊ ſuperlatiui. Deinde ponit exemplum de comparatiuo dicens. Ditior eſt auro ſapiens ⁊c. Et hoc exemplum potes exponere per magis aduerbium ⁊ eius comparatiui poſitiuum Dicit. per magis expone ⁊c. q. d. expone dictam ꝯſtructionem per magis. ⁊ poſtea videbis regimen aperte. Et hoc exponitur ab auctore. Eſt auro diues regina magis ſalomone. Ecce iſte ablatiuus ſalomone regitur ex vi comparatiui. Et ille ablatiuus auro regitur ex vi poſitiui. ⁊ cetera.

Eſt ablatiuus demonſtrans quantus habetur
Exceſſus: regit hunc exceſſum dictio ſignans.
Hoc lignum digitis excedit quattuor iſtud
Hoc lignum digitis eſt maius quattuor iſto.

Hic A. ponit aliam regulam dicens. ꝙ ablatiuꝰ denotãs quãtitatẽ exceſſus regitur a dictiõe denotante quãtitatẽ ex natura quãtitatis exceſſus. Et ponit exẽpla tam de noie q; de v̾bo. que de ſe patẽt.

De regimie ab latiui ex vi effe ctus cauſe

Remq; notans fieri: regit id quo res ea fiet:
Orator verbis vincit vir bellicus armis.

# De regimine ablatiui

Dicit ꝙ dictio denotans aliquid fieri. regit illud mediātē quo fit ex natura cauſe formalis ſiue inſtrumentalis in ablatiuo caſu. vt patet in exemplo auctoris.

Nobile menſuram deſignans addere debes:
Longum ſex pedibus lignum latumqꝫ duobus.

Dicit ꝙ adiectiua importantia menſuram conſtruuntur cum ablatiuo caſu. vt patet in exemplo auctoris. ex natura menſure vel quantitatis.

Verbum materiam cauſam ſpacium precium ve
Aut tempus ſignans: ablatiuos regit horum
Que predicta notant: vt frenum fabricat ere.
Iſta pudore tacet: ſtadijs ſex diſtat ab vrbe.
Nocte morans tota panem nummis tribus emi.

Dicit ꝙ dictio denotans materiam vt fabrico fabricas. vel cauſam. vt ſileo ſiles. vel ſpacium. vt diſto diſtas. vel precium. vt emo emis. aut tempus. vt moror moraris. conſtruuntur a parte poſt cū ablatiuis caſibus importantibus vel ſpectantibus ſupradicta videlicet materiam cauſam ſpaciū precium vel moram. Exempla patent in littera.

Nomen eis adiunge modum quod ſignat agendi:
Accentu plura proferre ſolemus acuto.

Dicit ꝙ dictio deſignans modum agendi regitur in ablatiuo ex natura cauſe formalis vt ſolemus proferre plura accentu acuto.

Sepe poteſtatis nomen ſubiungitur iſtis
A rex hieruſalem domini dono b ſalutem.

Dicit ꝙ dictio ſignificans proprietatem ⁊ poteſtatem. vt rex dominus dux. regunt ablatiuum ex natura effectus cauſe efficientis. vt a. id eſt. andreas vel alius cuius nomen inchoetur ab a. rex hieruſalem dono domini. regitur ex natura predicta.

Synecdochen iungas vt vultu virgo decora.

Dicit ꝙ ablatiuus interdum regitur per figuraꝫ que dicitur ſynecdoche. Exēplū patet in littera

Ornatum ſubdis: indutus veſtibus albis.

Dicit ꝙ dictio ſignificans ornatum regit ablatiuum ex natura ornatus ſiue ex natura cauſe materialis. vt indutus veſtibus albis.

Toti da partem: ſubiecto proprietatem.
Sed laudem iunge vel vituperamen vtrinqꝫ.
Vir manibus validis et virgo crinibus albis:
Vir dextra fragili: vel forma femina turpi.

Dicit ꝙ totum regit eius partem ⁊ ſubiectum proprietatem ſuam in ablatiuo ex natura declarationis eſſentie. Sed vtrinqꝫ. id eſt. tam a parte ꝙ̄ a proprietate iunge dictionem importantē laudem vel vituperium. quia nec totum poſſet regere partem ſimpliciter nec ſubiectum proprietateꝫ niſi a dictione laudis vel vituperij. vt patet in exemplis. vir manibus validis. ⁊ femina crinibus albis. Similiter expone alium verſum ſine additione.

Nobile vel verbum deſignans proprietatem:
Sextis conſtruitur per quos ea ſignificatur.
Aut inſtrumenti vel cauſe nomina iunge.
Curſu feſtinus: fulget virtute modeſtus.
Eſt velox pedibus blando ſermone facetus.
Viribus inuictus: properat pede: voce benignus.

In iſtis verſibus auctor dicit ꝙ nomen adiectiuum vel verbum deſignans aliquam proprietatem conſtruitur ſextis. id eſt. ablatiuis. per quos proprietas ſignificatur ex natura proprietatis. Poſtea ſubdit ⁊ dicit ꝙ nomina inſtrumentorū vel cauſe etiam iunguntur predictis. Nam ipſa conſtruuntur cum ablatiuo ex natura inſtrumenti vel cauſe. Exemplum patet in littera.

Rem qꝫ carere notans: ablatiuum regit eius.
Vt pena careat homo: purus crimine viuat:

Dicit ꝙ dictio denotans carentiam regit ablatiuum ſpecificantem illam carentiam ex natura cauſe materialis. Exempla patent in littera.

De regimīe ablatiui ex vi demonſtrationis eſſentie.

De regimīe ablatiui a quibuſdam verbis imperſonalibuſ ex vi pertinētie ſignificate p modum vt ab alio

Inter et eſt iuncta tibi dant pronomina quina
Intererit noſtra veſtraq; meaq; tuaq;
Atq; ſua: normam refert ſeruabit eandem.

Dicit ꝙ hoc verbum intereſt conſtruitur cum quinq; ablatiuis ꝓnominū poſſeſſiuoꝝ. ſ. mea tua ſua noſtra ⁊ veſtra Text⁹ eſt clarus. Deinde dicit ꝙ hoc verbū refert eandem normam ſeruabit

Plenus inops caſum dant iſtum ſiue ſecundum
Vini vel vino duo dolia plena videto
Pauper egenus inops vino vel panis egebit.

Dicit ꝙ dictiones importantes plenitudinem vt plenus ⁊ diues ⁊ etiam paupertatem vt pauper inops ⁊ egeo conſtruuntur cum ablatiuo ſiue genitiuo vt patet in littera.

Dignus cum potior fungor veſcor fruor vtor.
Et careo iungo caſui tantummodo ſexto

Dicit ꝙ verba in littera poſita ꝯſtruuntur cū ablatiuo. Nota tñ ꝙ regiuntur cū gtō ꝯſtructa.

De regimīe ablatiui a pte indeclinabili ſcilicet a prepoſitione ex vi prepoſitionis.

Hos caſus de pre coram ſocieq; gubernant.

Dicit ꝙ iſte prepoſitiones de pre coram ⁊ ſocie ſeruiunt ablatiuo caſui.

Cum ſuper eſt pro de: ſexto decet hanc ſociare.

Q. d. ꝙ iſta ꝓpoſitio ſup qñ ponit̄ p de. fuit abltō. vt ī vgilio. Multa ſup priamo rogitās. i. d pamo

De regimīe ablatiui a vbo mediante prepoſitione a vel ab ex vi tranſitionis

Iſte datur caſus paſſiuis ab preeunte:
Cernitur hic a me quandoq; videbor ab illo.

Dicit ꝙ iſte caſus ſcilicet ablatiuus datur paſſiuis cum prepoſitione a vel ab ex natura actus illati ab altero. vt patet in exemplis. Cernitur hic a me. ⁊ cetera.

Vel ſi ſuſceptum quid ſignes ſiue receſſum
Sic a te diſco libros: a teq; recedo.

Dicit ꝙ verba pertinentia ad aliquid ſuſcipere ab aliquo. vel ad recedere ab aliquo. regunt ablatiuum cum prepoſitione a vel ab ex natura recepti vel ſeparationis. Exempla patent in littera.

De abſolutiōe ablatiui

Sunt ablatiui plures rectore ſoluti
Diſcere diſcipuli debent doctore legente.

Dicit ꝙ plures ſunt ablatiui. qui aliqñ ponuntur abſolute. vt in hoc exemplo. diſcere diſcipuli debent doctore legēte. Item ablatiui poſiti abſolute in deſignatiōe ꝯſequentie taliter ſe debent hīc ꝙ admin⁹ ſint duo expreſſe vel implicite. quorum vnus debet eſſe participialis expreſſe vel implicite. vt dicendo. mgr̄o legēte pueri ꝓficiunt. Dicitur notanter duo ablatiui expreſſe vel implicite qꝛ aliqñ ſolū vnus expreſſe ponitur. Et hoc ꝯtingit qñ talis ablatiuus eſt participiū vbi excepte actionis. vt pluente intrandū eſt domū. vbi ſubintelligitur alter ablatiu⁹. ſ. deo vl natura. ⁊ ſic valet illam. deo vel natura pluēte intrandū eſt domū. Dicitur ꝙ vnuſ illoꝝ debet eſſe participialis. qꝛ ſi ambo eſſent nominales oratio eſſet incōgrua. niſi vn⁹ illoꝝ poneretur loco participij. Hinc eſt ꝙ incongrue dicitur. Homine aſino ſortes currit. Dicitur niſi vnus ponatur loco participij. qꝛ dicēdo ſic. deo duce veniam ad te. hic ponuntur duo ablatiui nominales abſoluti ſed vn⁹. ſ. duce ponitur loco illius participij ducēte. Similiter aliqñ pōt ſubintelligi participiū. vt deo comite viſitabo limina vginis glorioſe. i. deo exiſtēte comite. Etiā aliqñ repitur vnicus ablatiu⁹ abſolute poſit⁹ in deſignatiōe ꝯſequētie dūmodo tamē ille equiualet duob⁹. vt ibi. dicto de genere dicēdum eſt de ſpecie. vbi ille ablatiu⁹ dicto valet tm̄. id eſt. dictione facta.

Atq; loci nomen quandoq; regente carebit.
Roma militia vel humo vel rure domoq;
Rex venit: atq; means normam ſeruabit eandem.
Roma rothomago vernone meabit athenis.
Seruat idem verbum ſine motu: dum ſociatur
Nomen plurale: vel cui ſit regula terne.
Qui modo rure canit vernone canit vel athenis

Dicit A. ꝙ nomē loci aliqñ ponitur aduerbialiter in abltō caſu. videlꝫ qñ iūgitur cū vbo ſignificāte motū d loco. vt vēio ⁊ rcedo. ac etiā cū vbo ſignificāte motū p locū. vt meo ⁊ trāſeo. Jō dicit Atq; means. Deīde dicit ꝙ idē ſuat vbū ſine motu. i. abltūs aduerbialiter pōitur qñ nomen loci tm̄ pluraliter declinatur. vt athene ⁊ venetie. vel nomē loci ē tertie declinatiōis. vt auinio auinionis. qñ iunguntur vbo ſignificāti pmanētiā. vt puta venetijs ſcribo De his exēpla patent in litteris

Ad nomen poſitum ſic ſepe relatio fiet:
Ut vado romam: que menibus eminet altis.
Dicit ꝙ ad nomina localia ſic poſita ſepe fit relatio. vt vado romā. que menibus eminet altis.
Queris: ſi poſſit adiectiuum ſociari.
Ut debet doctas bonus ire ſcholaris athenas
A. videtur reſpondere cuidam queſtioni. ⁊ mouet eam dicens. Tu quer. ſi adiectiuū poſſit ſociari nominibꝰ aduerbialiter poſitis. vt doctas athenas. Et videtur affirmare vigore exempli.
Per quo qua vel vbi fit queſtio ſiue per vnde.
Dicit ꝙ queſtio. i. interrogatio fit de circūſtantijs localibꝰ p hec aduerbia. ſ. quo qua ⁊ vnde.
Illuc illo foras: huc iſtuc pergis eoqꝫ:
His intro iungas: hac illac pone meando.
Hic illic iſtic intus foris eſt et vbiqꝫ:
Hinc illinc iſtinc remeat foris intus et inde.
Hec ſunt aduerbia que reſpondentur predictis quattuor interrogationibꝰ. Sed illa que ſunt in primo paragrapho reſpondentur ad quo ⁊ ſimilia. Illa de ſecundo. ad qua. Illa de tertio. ad vbi Illa de quarto ad vnde.

Participans quod in ans vel in ens fit: dicito preſens.
Tus vel ſus dat preteritum: rus duſqꝫ futurum.
Hic A. incipit determinare de regimine quod fit per participia. Et primo docet cognoſcere participia per eorum terminatiões ⁊ tempora. Et dicit. Tu dicito participans. id eſt. participium quod fit in ans vel in ens. vt amans ⁊ legens eſſe preſens. id eſt. preſentis temporis. Et illud quod fit in tus in ſus in xus eſſe preteritum. id eſt. preteriti temporis. vt amatus gauiſus ⁊ amplexus. Et illud quod fit in rus ⁊ in dus eſſe futuri temporis. vt amaturꝰ ⁊ amādꝰ. De regimie obliquoꝝ a participio
Quere per actiua preſens in ruſqꝫ futura.
Que dabit actiuum dabit hec eadem tibi neutrum.
Sunt per paſſiua tibi cetera ſignificanda.
Dicit ꝙ participia preſentis temporis ⁊ futuri in rus deſcendunt a verbis actiuis. Cetera vo. ſ. in ſus in xus ⁊ in dus deſcendunt a verbis paſſiuis ſiue paſſiuam vocem habentibus.
Deponens terna tibi dat: commune quaterna.
Quaſi dicat ꝙ verbum deponens habet tria participia vnū in ans vel in ens. ⁊ vnū in tus in ſus vel in xus. ⁊ aliud in rus. Preterea dicit: ꝙ verbū cōmune habet quattuor. ſ. tria pdicta ⁊ vnū in dus.
Lex tamen eſt talis: ꝙ que caruere ſupinis
Non poſſunt rectum per rus formare futurum.
Dicit ꝙ verba que carent ſupinis. non poſſunt formare participium in rus. Et ratio eſt. quia participium in rus formatur a ſupino.
In verbi genere que ſit ſignificatio quere:
Hinc tibi multimodum credas regimen reſerandum.
Poſtqꝫ A. docuit cognoſcere participia. Nunc docet regimen eorum. Et dicit in pcluſione. ꝙ quecunqꝫ caſum regit verbum a parte poſt. eundem regit eius participium ex eadem parte ex eadem natura. Et ex hoc patet multimodū regimen participioꝝ.
Dum mutat regimen fit participans tibi nomen:
Dum perdit tempus: dum comparat: aſſociamus
Iſtis compoſitum: dum ſimplex ſit tibi verbum.
Dicit A. ꝙ participiū quattuor modis trāſit in nomē. Primo mō qn̄ mutat regimē. hoc ē qn̄ regit aliū caſum qꝫ vbū a quo deſcēdit. vt doctꝰ grāmatice. Secūdo mō qn̄ pdit tps vt ſi dicatur. homo honorandus. id eſt. dignus honoris. Itē qn̄ comparatur. vt doctꝰ doctior doctiſſimus. Demū quando componitur cum dictione cuꝫ qua non componitur ſuū verbum. vt indoctꝰ. nō enim inuenitur indoceo indocere.
Et poſt predicta conſtructio iure locanda.
Hoc eſt nonum capitulum in quo auctor determinat de conſtructione. Et primo ſe continuat cum precedentibus dicens. Conſtructio eſt ordinanda iure poſt predicta. Capitulum nonum eſt in generali de cōſtructione

In geminas partes conſtructio ſcinditur: illi
Tranſitio debet intranſitioq; ſubeſſe.

Dicit ꝙ conſtructio diuiditur in tranſitiuam ⁊ in intranſitiuam.

De cõſtructiõe tranſitiua

Cum partes: per quas conſtat conſtructio plena
Signant diuerſa: conſtructio tranſeat illa.
Judicium fit idem tanquam diuerſa notando.

Sententia eſt ꝙ illa conſtructio eſt tranſitiua que ꝯſtructibilia habet ſignificãtia diuerſa. vt ego amo Petrum. Deinde dicit ꝙ idem iudicium eſt de ꝯſtructionibus habentibꝰ ꝯſtructibilia ſignificantia diuerſa. vt ego amo Petrum. vel tanq̄ diuerſa. vt ego amo me. Marcus videt ſe.

De cõſtructiõe tranſitiua ſimplici ⁊ conſtructione tranſitiua retranſitiua

Hanc in membra duo diſtinguere conuenit: eius
Sunt ſpecies: ſimplex que tranſit: queq; retranſit.

Dicit ꝙ tranſitiua ꝯſtructio diuiditur in duo membra. videlicet in ſimplicem tranſitiuã ⁊ in retranſitiuam. Simplex tranſitiua fit per vnum verbum. vt amo deum. Retranſitiua fit per duo verba. vt amo Petrum vt ipſe amet me.

De cõſtructiõe intranſitiua.

Eſt intranſitio tibi per predicta notanda.

Dicit ꝙ ꝯſtructio tranſitiua eſt illa. cuius ꝯſtructibilia ſignificant idem. vt homo eſt animal. vel tanq̄ idem. vt bos eſt leo. quia denotatur ꝙ bos ſit leo:

De cõſtructiõe intrãſitiua ſimplici. ⁊ de ꝯſtructione intranſitiua reciproca

Per binas ſpecies hanc diſtingues: quia ſimplex
Hanc intranſitio pariterq; reciproca ſcindunt.

Nunc diuidit ꝯſtructionem intranſitiuam dicens. ꝙ ꝯſtructio intranſitiua diuiditur in ſimplicẽ intranſitiuam. Et hec eſt in qua ꝯſtructibilia ſignificant idem vel tanq̄ idem ſine aliqua reciprocatione vel reflectione actus in idem a quo exiuit. vt ego video. ego curro. Et in reciprocam intrãſitiuam. Et hec eſt in qua ꝯſtructibilia ſignificant idem vel tanq̄ idem ⁊ cum hoc actus denotatur tranſire in idem a quo exiuit. vt video me.

Ecce per exempla tibi res eſt notificanda:
Hic ſocium ſuperat: vel marcum tullius orat.
Exorat marcum cicero ꝙ diligat ipſum.
Tullius eſt marcus: bos eſt leo: capra iuuencus.
Se regit hic: ego me: tu te: nos diligimus nos.
Iſti ſe ſociant: vos autem diligitis vos.

Dicit ꝙ illa que iam dicta ſunt de ꝯſtructione ſunt tibi notificãda per exempla que ſequũtur. Hic ſuperat ſociũ. eſt exemplũ d ꝯſtructiõe trãſitiua vbi ꝯſtructibilia ſignificãt diuerſa. Tullius orat Marcũ. eſt exẽplũ d ꝯſtructiõe trãſitiua vbi ꝯſtructibilia denotãtur accipi ꝓ diuerſis. Cicero exorat Marcũ ꝙ diligat ipſum. ẽ exẽplũ de ꝯſtructiõe trãſitiua retrãſitiua qr in ipſo denotatur fieri retñſitio. Tulliꝰ ẽ Marcꝰ. ẽ exẽplũ d ꝯſtructiõe intñſitiua ſimplici vbi ꝯſtructibilia ſignificãt idẽ. Bos ẽ leo. ẽ exẽplũ d ꝯſtructiõe intrãſitiua ſimplici vbi ꝯſtructibilia dnotãtur accipi ꝓ eodẽ. Capra ẽ iuuẽcꝰ. ẽ exẽplũ d eadẽ ꝯſtructiõe. Hic regit ſe. ego rego me. tu regꝭ te. nos diligimꝰ nos. iſti ſociãt ſe. vos diligitꝭ vos. ſunt exẽpla de ꝯſtructiõe intrãſitiua reciproca. qr actus verbi denotatur reciprocari in idipſum a quo exiuit.

De cõſtructiõe tranſitiua actuum. ⁊ conſtructione tranſitiua perſonarum

Actus tranſitio perſonarumq; notentur.

Quaſi dicat. ꝙ duplex ẽ ꝯſtructio. ſ. actuũ ⁊ ꝑſonaꝝ. Nota ꝙ ꝯſtructio trãſitiua actuũ eſt duplex Nã aliqñ fit ꝑ actũ vehemẽtꝭ trãſitꝰ. videlicet ꝑ v̾ba actiua ⁊ alia. Et aliqñ fit ꝑ actũ nõ vehemẽtꝭ trãſitꝰ. videlicȝ ꝑ v̾ba neutra ⁊ alia. Itẽ ꝯſtructio trãſitiua ꝑſonaꝝ aliqñ fit ꝑ rectũ ⁊ obliquũ. vt capa Petri. Aliquando per duos obliquos. vt capam Joannis. Conſtrue. Tranſitio actus ⁊ perſonarum notentur. quia vtraq; reperitur. vel ſic. Conſtructio tranſitiua actus notatur per ꝑdicta. et perſonarum per ſequentia.

Quando non tranſit actus: nec paſſio cuiquam
Infertur: nunquam tranſit conſtructio plena:
Filius alphei iacobiq; maria quieſcunt.

Dicit ꝙ illa conſtructio in qua non oſtenditur actio tranſire ⁊ paſſio inferri ab vna perſona in aliam non eſt plene tranſitiua. ſed potius intranſitiua. Et illo probatur exemplo. Filius alphei iacobiq; maria quieſcunt. Hic non oſtenditur actio tranſire. nec paſſio inferri ab vna perſona in aliã. ideo non eſt plene tranſitiua. Nota tamem ꝙ cum dicitur filius alphei ⁊ maria iacobi fit cõſtructio perſonarum.

# De conſtructione

COnſtrue ſic: caſum ſi ſit prepone vocantem

Poſtq̄ A. diuiſit ɔſtructionē ⁊ ipſius membra declarauit. Nunc docet ordinare dictiones in ɔſtructione. Et dicit. Tu ɔſtrue ſic. id eſt. vt ſequitur. Et prepone caſum vocantem. id eſt vocatiuū ſi ſit. quaſi dicat ꝙ in ɔſtruēdo tu debes incipere a vocatiuo caſu ſi ſit poſitus in conſtructione.

De ordinatiōe conſtructibiliū in conſtructiōe ſm̄ ſitum localem preponēdi et poſtponēdi.

Mox rectum pones: hinc perſonale locabis
Verbum: quod primo ſtatues: ſi cetera deſint.

Dicit ꝙ poſt vtm̄ tu pones mox. i. incōtinēti rectū. i. ntm̄. Dehinc. i. poſtea. tu locabis ꝑſonale v̄bū qḋ primo ſtatues. i. quod principale dices. ſi cetera deſint. i. ſi nihil aliud ſit qḋ ponitur in conſtructione tunc incipies ɔſtructionē a v̄bo ꝑſonali prime vel ſecūde ꝑſone cū ntō ſubintellecto.

Tertius hinc caſus et quartus ſepe ſequuntur

Dicit ꝙ poſt verbum primo poſitum ſepe locatur datiuus ⁊ accuſatiuus.

Aut verbo ſubdes aduerbia: ſubde ſecundum
Caſum rectori: debet vox prepoſitiua
Quarto preiungi vel ſexto: quem regit ipſa.

Dicit ꝙ aduerbia debēt immediate poni poſt v̄bū ſuū. Sꝫ nota ꝙ aliq̄ ſunt q̄ debēt ꝑponi. vtputa negatiua interrogatiua relatiua dubitatiua ⁊ q̄dā alia. Deinde dicit. Subde ſecūdū caſum rectori. q. d. ꝙ gt̄ūs caſus debet immediate poni poſt illā dictionē a qua regitur. Poſtea dicit ꝙ vox ꝑpoſitiua dꝫ ꝑiūgi quarto vel ſexto quē ipſa regit. q. d. ꝙ prepoſitio debet preponi ſuo caſui. vt in exemplo. O Petre magiſter vult hodie nobis lecta declarare ſm̄ capacitatē ingeniȷ̄ noſtri.

Infinitiuum perſone ſiue quibuſdam
Des adiectiuis: vt ſunt habilis piger aptus.
Hanc olim pulchram veteres dixere figuram.

Dicit A. ꝙ a verbis perſonalibꝰ motum ſeu inclinationē animi ſignificātibꝰ dare debes v̄bū infinitiuum. vt volo ſcribere. Similiter ⁊ quibuſdam adiectiuis. vt ſunt iſta habilis piger aptꝰ ⁊ ſimilia. Poſtea dicit ꝙ veteres olim dixere hanc figuram pulchram. id eſt. hunc pulchrū modū loquēdi. vt habilis currere. id eſt. ad currendū. ego ſum aptus ſcribere. id eſt. ad ſcribendum.

De impedimentis contra debitum moduꝫ ordinandi cōſtructibilia. Et de huiuſmōi determinatur vſq̄ in finem.

Verba que ſunt debet iubet audet vultq̄ poteſtq̄:
Nititur et temptat dignatur ſcitq̄ monetq̄:
Incipit et tedet piget et pudet atq̄ meretur:
Et properat gaudet delectat penitet vrget:
Et parat et diſcit decet et ſolet et licet: adde
Que predicta notant: et que contraria ſignant

Hic A. ɔnumerat aliqua ex verbis. que cū infinitiuo ɔſtruuntur a parte poſt. Et dicit ꝙ non ſolū iſta ſed etiam verba his conſimilem ſignificationē habentia. vt cupio deſidero. ⁊ etiam his ɔtrariam ſignificationem habentia. vt contemno nolo cum infinitiuo ɔſtruuntur.

Addere multa potes quarto caſu preeunte.

Dicit A. ꝙ tu potes addere multa verba que poſſunt conſtrui cum infinitiuis precedente accuſatiuo. vt audio magiſtrum legere ⁊c. Aliȷ̄ ſic exponunt multa verba poſſunt addi predictis que quidem an̄ ſe cū actō ɔſtruūtur vt penitet oportet pudet ⁊c. Poſtea ɔſtruūtur poſt ſe cum infinitiuo. vt me penitet maleteciſſe. Nota tamen ꝙ non omnia verba predicta poſſunt habere ante ſe accuſatiuum ſed bene infinitiuum.

Que iunges verbo: iunges et participanti
Si generi verbi ſua ſignificatio fiet
Conſona: debetur ipſi conſtructio verbi.

Dicit auctor ꝙ illa conſtructibilia que poſtponuntur verbo poſtponuntur etiam participio. vt ſicut dico volo legere ita poſſum dicere volens legere. Dum tamen ipſum participium retineat eandem ſignificationem verbi. Et hoc dicit propter participia verborum comunium in ans vel in ens ⁊ in rus ⁊ in dus deſinentia. Nā licꝫ in v̄bis cōmunibus poſtponatur accuſatiuus ⁊ ablatiuꝰ tam̄ eorum participiȷ̄s in ans vel in ens vel in rus deſinentibus poſtponitur ſolū accuſatiuus. qꝛ talia participia tantum actiuam retinent ſignificationem. Participiȷ̄s v̄o deſinentibꝰ in dus non poſtponitur ſolū ablatiuus. quia paſſiuam retinent ſignificationem. Sed participiȷ̄s in tus vel in ſus vel in xus deſinentibus poſtponitur accuſatiuus ⁊ ablatiuus. quia vtranq̄ retinent ſignificationem.

Sed perſonale ſupponens rectus habebit.
Dicit ꝙ verbū ꝑſonale hēbit ntūm ſupponētē ſibi a ꝑte añ et nō ꝑticipiū. hic ꝯmittit hypallage
Aut ablatiui preeunt rectore ſoluti:
Aut poſtponuntur: ſed vix interſeris illos.
Dicit ꝙ ablatiui abſolute poſiti aut precedūt verbum in conſtructione aut poſtponuntur: Si pre/cedunt. ⁊ tunc verbum poſtponitur. vt in hoc exemplo. Magiſtro legente ſcholares addiſcūt. Si poſtponūtur tunc verbum precedat. vt in hoc exemplo. Ego diſputo Paulo aſtante. Sed vix inter/ſeris illos. id eſt in medio conſtructionis ponis illos ablatiuos.
Appellans verbum: ſubſtantiuumq;: vel horum
Vim retinens: poſt ſe rectum quandoq; locabunt.
Dicit A. ꝙ verbum appellans. id eſt. vocans. vt vocor ⁊ nominor. ⁊ verbum ſubſtantiuū. vt ſum ⁊ exiſto. locabunt poſt ſe rectum. id eſt. nominatiuū. Et verbum retinens vim eorum. ſcilicet predi/ctorum. vt vocor Joannes. ſum bonus. ſedeo curuus.
Eſt ſubſtantiui data ſignificatio verbi
Paſſiuis et ſepe ſolet conſtructio tradi.
Dicit ꝙ ſignificatio ⁊ conſtructio verbi ſubſtnatiui ſepe datur verbis paſſiuis. vt ego efficior papa
Quis qualis quantus cuius cuias quotus et quot
Miſſa relatiue penitus precedere debent:
Obliquos verbo preiunges miſſa rogando:
Hanc ſua iungendi retinent aduerbia formam.
Dicit ꝙ nomina in littera poſita ⁊ ſimilia relatiue ⁊ interrogatiue poſita debent preponere aliquos caſus verbo a quo reguntur. vt quem vides ego diligo. quem diligis tu. Deinde dicit ꝙ aduer/bia ab ipſis deriuata eodē mō debēt ī ꝯſtructiōe ordinari. vt taliter ſcribit petrꝰ q̄liter legit plato.
Quis proprium nomen: et que ſubſtantia querit:
Si proprium noui debet ſubſtantia queri
Qua nota proprio tantum de nomine quero.
Dicit ꝙ hoc nomen quis poteſt querere de ꝓprio nomine ⁊ de ſubſtantia. Et hoc declarat dicens. Si ego noui ꝓprium nomen debeo querere de ſubſtantia. vt quis eſt Petrus. tunc reſpondetur iſte vel ille. Et ſi noui ſubſtantiam tunc interrogatio fit de ꝓprio nomine. vt ſi dicam. quis eſt iſte. tūc reſpondetur Petrus vel Joannes.
Communi per quis etiam de nomine queris:
Quis bonus eſt aratro: bos. quis natat in equore: piſcis.
Dicit etiam ꝙ per quis interrogatur de nomine cōmuni. et per nomen commune ad ipſum reſpon/deatur. vt quis eſt bonus aratro. tunc reſpondeatur bos. quis natat in equore piſcis.
Queſitiua pares optant reddi ſibi caſus.
Dicit ꝙ queſitiua. id eſt. interrogatiua nomina optant pares. id eſt. ſimiles caſus reddi. id eſt. re/ſponderi ſibi. q. d. ꝙ per quēcunq; caſum fit interrogatio. per eundem debet fieri reſponſio.
Cum quia dum donec quoniam ſimileſq; preibunt:
Nanq; relatiui ius implicitum tenuere.
Dicit A. ꝙ iſte dictiones cū quia dum donec ⁊ ſimiles debent preponi v̄bis qñ hn̄t vim relatiui.
Cunq; relatiuis de iure viam parat: horum
Precedens decet obliquos quandoq; preire.
Cum notat hoc rectus: ac obliquus notat illud.
Iſti ſubueniunt ſua mater vel pater eius.
Quaſi dicat cū ita ſit ꝙ precedens. id eſt. antecedens relatiuorum paret viam ipſis relatiuis. de/cet quandoq; obliquos caſus preire. id eſt. precedere verbum hoc. cum pro quando rectus notat hoc. id eſt. ſuppoſitus eſt pro vno ⁊ obliquus pro alio. Ponitur exemplum in littera. Iſti ſubue/niunt mater ſua vel pater eiꝰ. Et nota ꝙ aſſignādo tales ꝯſtructiones mutatur relatiuū in añte/cedēs. vbi dicimꝰ mater ſua vel pr̄ eiꝰ. dicatur mater ⁊ pater iſtiꝰ. Et vbi dr̄ iſti dicatur ſibi vl' ei.
Verbum multotiens ſubſtantiuum petis extra.
Iſte verſus ſolet exponi dupliciter. vno modo ſic. Tu multotiens extra ꝯſtructionem petis verbū

ſubſtantiuum.id eſt quod verbum ſubſtantiuum ſepe ſubintelligitur. vt in pſalterio. Intellectus bonus omnibus facientibꝰ eum.ſubintelligitur eſt. Alio modo exponitur ſic. Verbum multotiens petit ſubſtantiuum nomen extra conſtructionem.id eſt ꝙ ſubſtantiuum nomen ſepe ſubintelligitur.vt virgilius in primo ſic dicit.ſubintelligitur libro.

**Mobilis et fixi naturam noſce decebit.**
**Eſt adiectiuum vocis vel ſignificati.**

Nunc A.incipit docere quō adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū inuicem conſtruantur. Et primo dicit ꝙ nos decebit noſce.id eſt noſcere naturam mobilis.id eſt adiectiui. ⁊ fixi.id eſt ſubſtantiui. Deinde dicit ꝙ duplex eſt adiectiuū.ſcꝫ voce ⁊ ſignificatione. Adiectiuū voce eſt duplex.ſcꝫ voce tantum. vt ille illa illud. ⁊ voce ⁊ ſignificatione. vt albus alba album. Similiter adiectiuū ſignificatione eſt duplex ſcꝫ ſignificatione tm̄ vt dn̄s ⁊ magiſter. ⁊ ſignificatione ⁊ voce.vt niger nigra nigrum.

**Solus eſt generis adiectiuuꝫ variatqꝫ**
**Cum numero caſum: velut hic: venit vna ſororum.**
**Eſt inter fratres bonus aut de fratribus vnus.**

Dicit Auctor ꝙ inuenitur adiectiuum in ſolo genere cōcordari cū ſubſtantiuo. ⁊ diſcordari in numero ⁊ in caſu. vt hic. vna ſororꝝ. vnus de fratribus. Nec eſt intelligendū niſi de adiectiuis de quibus exemplificatur ⁊ in ſimilibus.que tamen ſi ſuppleātur ſubſtantiua vt decet .nō diſcordabūt in aliquo.

**Cum diuerſorum verbum rectis numerorum**
**Interponatur vtrilibet equiparatur.**
**Sermones ſummi patris eſt meditatio iuſti.**

Dicit ꝙ ſi verbum ponatur in medio duoꝝ nominatiuoꝝ diuerſoꝝ numeroꝝ poteſt vtrilibet conformari.vt ſermones ſummi patris eſt meditatio iuſti.poſſumus em̄ dicere eſt ⁊ ſunt ſꝫ diuerſis reſpectibus. Nam qñ dicimus eſt. tunc ille ntūs meditatio ſupponit verbo ⁊ ſermones apponit. Qñ autem dicimus ſunt tunc ille ntūs ſermones ſupponit ⁊ meditatio apponit.

**Quando relatiuum generum caſus variorum**
**Inter ſe claudunt qui rem ſpectant ad eandem.**
**Per genus hoc poterit vtrilibet aſſimilari.**
**Eſt pia ſtirps ieſſe: quem chriſtum credimus eſſe.**

Dicit ꝙ quando caſus diuerſorum generum claudunt inter ſe relatiuum. qui ſcꝫ caſus ſpectent ad eandem rem. tunc hoc ſcꝫ relatiuum poterit aſſimilari vtrilibet caſui per genus.id eſt poterit in genere concordari cum vtroqꝫ. ⁊ ponit exemplum. Eſt pia ſtirps ieſſe quem chriſtum credimus eſſe. poſſumus enim dicere quem ⁊ quam.

**Sic adiectiuum reperimus ſepe locatum.**
**Eſt coluber facta vel factus myſtica virga.**

Dicit ꝙ ſepe reperimus ſic locatum adiectiuum.id eſt quod concordet cum primo ſubſtantiuo vel cum ſecundo. vt Eſt coluber facta vel factus myſtica virga. myſtica.id eſt ſacrata.

**Ponere ſuprema duo non debes ſine cauſa.**

Quaſi dicat ꝙ iſte due conſtructiones vltimo dicte non debent vſitari niſi cauſa vrgēte.eo qꝛ ſunt figurate.

**Occurretqꝫ tibi quandoqꝫ relatio ſimplex:**
**Femina que clauſit vite portam: reſerauit.**

Dicit ꝙ aliquando relatio ſimplex occurret tibi in conſtructione. Et eſt relatio ſimplex. qñ antecedens ſupponit vnū ⁊ relatiuū refert aliud.vt patet in exemplo auctoris. Femina que clauſit vite portam reſerauit. femina ſupponit ꝓ virgine maria. ⁊ que ꝓ eua. Et vocatur ſimplex relatio. qꝛ relatiuū refertur ſimpliciter ad ſpeciem ⁊ non ad ipam rem indiuiduā ꝑ vocem repſentatam.

**Ad partem vocis de iure relatio fiet.**
**Extra ſepe tamen queres ad quod referatur.**
**Rex eſt carnoti patrie que preualet omni.**

Dicit ꝙ relatio fit ſepe ad partem vocis ⁊ non ad totū. ⁊ tn̄ tu ſepe petis extra.i. ſubintelligis illō ad quod relatiuū refertur. vt rex eſt carnoti patrie que preualet omni. Deberet enim ſic ordinari iſta conſtructio. Rex eſt in ciuitate carnoti. que ciuitas preualet omni patrie.

Sepe relatiuo conformari reperitur
Precedens: illi cũ preſidet immediate.
Sermonem quem vos audiſtis verus habetur
Uſu communi tamen hoc non debet haberi.

Dicit ꝙ antecedens ſepe repitur cõformari relatiuo in caſu cũ illi ꝓponitur immediate. vt ſermonem quẽ audiuiſtis verus habetur. Tamen dicit ꝙ non debet vſitari.

Inuenies iunctum poſſeſſiuo genitiuum.
Ut mea defuncte da molliter oſſa cubare.
Sepe relatiuum pro patre refertur ad ipſum.
Ut mea ſcripta legis: qui ſum ſummotus ad hiſtrum.

Dicit ꝙ gtũs primitiui aliqñ includitur in poſſeſſiuo. ⁊ adiectiuũ concordat cum dicto gtõ primitiui. vt oſſa mea defuncte. vbi in illo poſſeſſiuo mea includitur ille gtũs mei qui ↄcordat cũ illo adiectiuo defuncte. Deinde dicit ꝙ relatiuũ ſepe refert ad dictum gtũm incluſum in poſſeſſiuo. vt legis ſcripta mea qui ſum ſummotus ad hiſtrum. vbi illud relatiuũ qui refertur ad illum gtũm mei primitiuũ incluſum in poſſeſſiuo mea.

Ponis ob id ſolum precedens ſepe: ꝙ inde
Certa relatio fit: tua virga tuus baculuſq;
Ipſa mihi vere prebent ſolacia vite.

Dicit ꝙ antecedens aliquando ponitur ſolũ. i. ꝑ ſe poſitũ ſiue abſolutũ. ob id. i. ꝓpter id ꝙ inde certa relatio fiat. vt virga tua ⁊ baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. vbi iſtud totũ virga tua ⁊ baculus tuꝰ ponit abſolute qd tñ eſt añcedẽs ne relatio importata ꝑ hoc relatiuũ ipa impediatur

Ad verbum ſepe vel adiectiua relatum
Inuenies: fugis aut piger es: mihi quod procul abſit.

Dicit ꝙ relatiuũ ſubſtantiue captũ ſcʒ qd aut aliud ſimile ſepius refertur ad verbũ vel ad nomen adiectiuũ. vt tu fugis aut es piger quod abſit mihi. Et reſoluitur quod id eſt que res.

Pro ſola voce ſupponit ſepe relatum:
Quamuis precedens ſupponat ſignificando.
Dat deus aureolam: quod nomen habetur ab auro.

Dicit ꝙ relatiuũ ſepe ſupponit ꝓ ſola voce q̃uis antecedens ſupponat ſignificando. vt deus dat aureolam. quod nomen habetur. id eſt deriuatur ab auro. ibi qd ſupponit pro ſola voce. licet referat ad ſignificatum ſui antecedentis videlicet aureolam.

Eſtq; relatiuis precedens materialis.
Nomen equiria: ſic nobis placet illa videre.

Dicit A. ꝙ antecedens aliqñ ſtat materialiter ⁊ relatiuũ ſtat ſignificatiue. vt equiria nomẽ nob placet illa videre. equiria ponitur materialiter ⁊ illa ſignificatiue. ⁊ eſt equiria ludus equorum.

Sepe relatiuum permutat ſignificatum.
Sunt domini que nos fecere manus crucifixe.

Quaſi dicat ꝙ antecedens ſepe ſignificat vnũ. ⁊ relatiuũ repreſentat aliud. vt manus domini que nos fecere ſunt crucifixe. manus ſunt manus carnales. ⁊ que repreſentat manus ſpiritales

Et numerum mutat: hominem diuina poteſtas
Plaſmat eoſq; marem factor creat et mulierem.

Dicit ꝙ relatiuuʒ aliqñ diſcordat ab añcedente in numero. vt diuina poteſtas plaſmat. i. format hominẽ. ⁊ creat eos marẽ ⁊ mulierẽ. hoĩeʒ eſt numeri ſingularꝪ ⁊ ſuũ relatiuũ ſcʒ eos nu. pluralis

Inuenies poſitum ſine precedente relatum.
Ipſa petenda mihi iuno de pellice dixit.
Flens magdalena querit ſi ſuſtulit illum.

Dicit ꝙ relatiuũ aliqñ inuenitur poſitũ ſine añcedente. vt in ouidio. Ipa petenda mihi. i. iuno tã q̃ indignata de pellice loq̃batur. Et nota ꝙ ipa non ponitur ꝓprie ſꝫ expreſſe relatiue. Nam hʒ añcedens incluſum in animo loquentꝪ hoc fit cauſa maioris diſcretionis. Dicatꝛ iõ ꝙ ponit diſcretiue.

Indefinite precedens ſiue relatum.

Sepe locas: nullum deſignans inde locatum.
Cuncta timent hominem: quia preſidet ille creatis.

Dicit ꝙ añcedens ⁊ relatiuū aliqñ ponuntur indefinite. ite ꝙ nullū locatū hoc eſt ꝓꝛiū ſiue certum ſeu determinatū ſignificant. vt in hoc exemplo. Cuncta timēt hominē. qꝛ ꝑſidet ille creatis. vbi hominē eſt añcedens ⁊ ꝓ nullo certo homie ſupponit immo ꝓ omnibꝯ indefinite ſeu indeterminate. ⁊ ille eſt relatiuū qȯ eodem mō refertur ad illud añcedens hominē. Et nota ꝙ nomē appellatiuū in grāmatica vocatur cōmunis terminus in logica. Similiter ꝓꝛiū nomen in grāmatica vocatur terminꝯ diſcretꝯ in logica ſiue locatū ⁊ prima ſubſtātia ⁊ indiuiduū ⁊ mltꝭ alijs noibꝯ.

Et perſonalem permutat proprietatē.
Ut domino benedic aqua que celos ſuperextat.
Sed non eſt nobis imitanda relatio talis.

Dicit A. ꝙ relatiuuꝫ aliqñ diſcordat a ſuo añcedente in ꝑſona. vt o aqua bñdic dño que celos ſupextat. aqua eſt ſcḋe ꝑſone cū ſit vocatiui caſus. ⁊ que ꝑſone tertie cuꝫ ſupponat vbo tertie ꝑſone ſcꝫ ſupextat. Deinde dicit ꝙ talis relatio non eſt imitanda nobis.

Non das ad vocem quandoqꝫ relata ſed ad rem
Hominis: eſt bona gens: deus eſt protector eoꝝ.

Dicit ꝙ relatiuum aliqñ diſcordat a ſuo añcedente in genere ⁊ in numero. vt bona gens eſt. deꝯ eſt ꝓtector eoꝝ. gens eſt numeri ſingularis ⁊ generis feminini. ⁊ eoꝝ generꝭ maſculini ⁊ numeri pluralis. In talibꝯ aūt relationibꝯ relatiuū refertur ad ſignificatuꝫ añcedentis ⁊ non ad vocē. Nam gens importat homines. ⁊ cum ſit nomen collectiuum importat pluralitatem.

Adiectiua modo poni reperimus eodem.
Pars hominū validi turres et menia ſcandunt.

Quaſi dicat ꝙ etiā adiectiua repiūtur diſcordari a ſuis ſubſtātiuis q̄ꝫtū ad vocē nō aūt ad rē neqꝫ ad ſignificatū. vt pars hominū validi ⁊c̄. pars eſt generis feminini ⁊ numeri ſingularꝭ. ⁊ validi eſt generis maſculini numeri pluralis. ⁊ eſt ibi ſyntheſis geneꝝ ⁊ numeroꝝ

Sunt adiectiui plurales diſtribuenti.
Huic etiā verbum reperis plurale locatum.
Utraqꝫ formoſe me iudice ſunt venerande.
Sed non eſt nobis conſtructio cōgrua talis.

Dicit ꝙ adiectiui pluralis numeri ſunt aliqñ additi diſtribuenti. i. nomini diſtributiuo. ⁊ ponit exemplū. Utraqꝫ formoſe ⁊c̄. ibi vtraqꝫ eſt numeri ſingularis ⁊ formoſe pluralis. Iteꝫ vtraqꝫ eſt numeri ſingularis ⁊ ſunt pluralis. ⁊ eſt ibi ſyntheſis numeroꝝ. Ideo dicit ꝙ talis cōſtructio non eſt congrua nobis immo figurata.

Imperſonalis fit demonſtratio ſepe.
Sal mōſtrans dicis: te miſit aquis heliſeus.

Ad euidentiā iſtoꝝ metroꝝ ſciendū eſt ꝙ duplex eſt demonſtratio. ſcꝫ ꝑſonalis ⁊ impſonalis Perſonalis eſt qñ id qȯ demonſtramꝯ eſt illud de quo loquimur. vt iſte liber eſt petri. Impſonalis eſt qñ demonſtramꝯ vnū ⁊ intelligimus aliud. vt ſi diceretur. hec herba naſcitur in horto meo Non eñ intelligimꝯ de herba q̄ demōſtratꝭ ſ; de ꝯſimili. Dicit igitꝭ A. ꝙ impſonalis demōſtratio ſepe fit. vt pꝫ in exēplo. Sal mōſtrās dicꝭ ⁊c̄. Nō. n. intelligitur de iſto ſale qȯ tu demōſtras ſ; de cōſimili

Equiualens geminis haꝝ ſi iungitur vni
Dictio: pro reliqua tantūmodo debet haberi.
Sic viſu cecū: viſu dic eſſe carentem.

Dicit ꝙ ſi vna dictio equiualēs geminis dictiōibꝯ. i. hñs ſignificata duaꝝ dictionū. iūgitur vni haꝝ dictionū. illa talis dictio debet tm̄ poni ꝓ reliqua. i. ꝓ altera ipaꝝ. vt cedo ſeorſum poſitū equiualet iſtis duabus dictionibus. locū do. ⁊ ſi dicatur cedo locū. cedo nō valet plus q̄ꝫ do. Hec etiā patent in exemplo auctoris. Sic viſu cecum ⁊c̄. cecum nil valet plus q̄ꝫ carentem. quia cecum per ſe ſignificat viſu carentem.

Quando negatiuum verbo cōſtructio iungit
Obliquum: per nō exponere conuenit illum:
Aut ſimul exponi debet cōſtructio tota.

Dicit A. ꝙ qñ caſus obliquus nominis negatiui iungitur vbo. tunc in conſtruendo debemꝯ expo-

nere dictum obliquum negatiuū per non. vtputa ſi dicatur Nullum crimen habeo. debemꝰ ſic ex/
ponere.i.non vllum crimen habeo. ⁊ ordinem conſtructibiliū ordinare ſic. Ego non habeo vllū cri
men. Aut tota conſtructio debet ſimul exponi.i. per paſſiuum conuerti vel per aliam conſtructionē
equipollentem ſic. Nullum crimen habetur a me.

**Fiet aſymbaſma ſine recto clauſula plena.**
**Me tedet vicij: placet illi iura tueri.**

Hucuſqꝫ determinauit de ꝯſtructione in qua ponitur rectus. Nunc aūt determinat de illa que fit ſi
ne recto. Vn̄ nota ꝙ conſtructionū alia fit cū rectis. vt ſum martinꝰ. ⁊ iſta dicitur ſymbaſma a ſyn
quod eſt cō ⁊ baſis fundamentū quaſi cū fundamento. qꝛ rectus eſt fundamentū conſtructionis.
vel qꝛ eſt fundamentū alioꝝ caſuū. eo ꝙ omnes alij caſus cadūt ab eo. Alia fit ſine recto. vt me te
det vitij. ⁊ iſta dicitur aſymbaſma ab a quod eſt ſine ⁊ baſis fundamentū quaſi ſine fundamento
id eſt ſine recto. Alia fit cū rectis ⁊ obliquis. vt ego lego virgiliū. Et iſta dicitur paraſymbaſma a
para qd̄ eſt iuxta ⁊ baſis fundamentū quaſi iuxta fundamentū. Dicit ergo A. Fiet aſymbaſma.i.
clauſula ſiue conſtructio plena.i.ꝑfecta ſine recto. vt me tedet vitij. placet illi iura tueri.

**Queſtio fit: ſi fiat in his conſtructio duplex.**
**Huic placet eſſe probo: nobis placet eſſe peritos.**

Hic A. mouet vnam queſtionē quā non ꝑterea ſoluit qꝛ ſane ꝑſcrutāti ſolutio patebit. Dicit igi
tur ſic. Queſtio.i.interrogatio fit a ſcholaribꝰ ſi duplex conſtructio fiat in his modis loquendi.
huic placet eſſe ꝓbo. nobis placet eſſe ꝑitos. q.d. ꝙ queritur ſi eodem mō an duobus modis con/
ſtruantur ſiue ꝯſiderentur ꝑdicte due cōſtructiones. ſcꝫ huic placet eſſe ꝓbo. nobis placet eſſe ꝑi
tos. Et ſane intelligens reſpondere debet ſoluendo queſtionem ꝙ duplex cōſtructio fit in ꝑdictis.
Nam cū dicitur: huic placet eſſe ꝓbo. placet eſſe eſt vnica dictio. quo ſaluatur natura illius infini
tiui eſſe qd̄ habet copulare ſimiles caſus. ꝓceſſit eñ dtūs ſcꝫ huic virtute primi componentl.ſ. pla
cet. ⁊ ſequitur etiā dtūs virtute ſecundi componentl ſcꝫ eſſe qd̄ habet copulare poſt ſe ſimilē caſuꝫ
ꝓcedenti. Cum aūt dicitur. nobis placet eſſe peritos. placet eſſe eſt duplex dictio ⁊ vtraqꝫ ſuat na/
turam ſuam. Nam placet habet an̄ ſe dtūm ſcꝫ nobis. ⁊ poſt ſe infinitiuū ſcꝫ eſſe. qd̄ quideꝫ infini
tiuum habet an̄ ſe actūm ſubintellectū ſcꝫ nos ⁊ poſt ſe ſimilem caſum ſcꝫ peritos. valet eñ tantū.
nobis placet nos eſſe peritos.

**Jungere conſimiles debet coniunctio caſus.**
**Quam niſi preterquam ſimilem retinent ſibi formam.**

Dicit ꝙ coniunctio copulatiua vel eius vim retinens debet copulare ſimiles caſus. vt amo te et il
lum. Preterea dicit ꝙ iſte dictiones ꝙꝫ aduerbiū niſi ꝑterqꝫ exceptiue ꝯiunctiones eodem mō cō/
ſiderantur. Verbi grā. Malo bonū ꝙꝫ malum. Omnes niſi petrꝰ legunt. Omnes diligo ꝑterqꝫ vi/
cinos. Tn̄ aliqui dicunt ꝙ coniunctio copulatiua pōt copulare diſſimiles caſus tribꝰ modis. Pri/
mo mō vt ſi dicam. Iſta domꝰ eſt mea ⁊ petri. Item plenum grā ⁊ veritatis. Demū in dictionibus
aduerbialiter poſitis. vt Janue ⁊ piſis. Sed huic opinioni de facili poteſt reſponderi.

**Actum ſiue pati ſignare gerundia poſſunt**
**Atqꝫ ſupina: per hoc datur his conſtructio duplex.**
**Si tamen a verbis veniant ſignantibus actum.**
Synereſis fit quando due vocales in eadẽ dictione poſite in vnã cogunt̃ earũ. vt di pro dij. Que figura alio nomine dicitur epiſynaloepha ⁊ fit quando due ſyllabe in vnam ꝯglutinãtur. vt patet in exemplo littere. Fixerat eripedem pro aeripedẽ. id eſt. velocẽ. vir eneus pro aeneus. id eſt durus vel crudelis. hec autem figura eſt contraria diereſi de qua dictum eſt.

Ecthlipſis vel ellipſis Synaloepha

Ellipſis necat m: ſed ſynalępha vocalem:
Tu populum alme deus: ſaluaſti a morte redemptor.

Ellipſis vel ecthlipſis eſt ꝯſonantium cum vocalibus aſpere ꝯcurrentiũ in diuerſis dictionibus quedam difficilis ac dura colliſio. vt tu populum alme ⁊c̃. Aliud exemplum in Virgilio. littora multum ille et terris iactatꝰ ⁊ alto. In ſcanſiõe colliditur illa lr̃a m cũ ſua vocali. ⁊ etiam illa vocalis e abijcitur. Synaloepha eſt per interemptionẽ ꝯcurrentiũ in diuerſis dictionibꝰ inter ſe vocalium. lubrica quedam ⁊ leuis colliſio. vt ſaluaſti a morte redemptor. Aliud exemplũ. Carthago italiam contra.

Viles ſunt iſtę pręcunctis et renuendę.

Dicit ꝙ iſte figure. ſ. ellipſis ⁊ ſynaloepha ſunt viles ⁊ renuende. i. euitande omnibꝰ alijs.

Syncraſis

Syncraſis iſtarum ſolet vtraqꝫ ſępe vocari.

Dicit A. ꝙ vtraqꝫ p̃dictarũ duarum figurarum ſolet vocari. id eſt. nominari ſyncraſis. Et dicitur a ſynˀ qđ eſt con ⁊ craſis mixtio quaſi cõmixtio litterarũ ⁊ hoc conſonantiũ quantum ad ellipſim. ⁊ vocalium quantum ad ſynaloepham.

Boetys

Non ſolum voces: ſed tempora ſępe videmus
Elidi metris: velut hic: vale inquit iolla.

Dicit A. ꝙ non ſolum voces ſeu littere eliduntur. hoc eſt abijciuntur in metris. ſed etiam tempora. vt hic. Vale inquit iolla. Nam illa ſyllaba le cum ſit longa. duo tempora debet habere. ſed non habet niſi vnum cum breuis efficiatur. Iſta figura dicitur boetys.

Antitheſis ſiue antiſtoechon

Dicitur antitheſis: ſi littera ponitur vna
Ponere cum debes aliam: ſic dicimus olli.

Antitheſis eſt littere pro littera poſitio. vt cum dicimus olli pro illi. ponitur enĩ o pro i. Et hoc fit cauſa maioris ſonoritatis. magis enim ſonat o ꝙ̃ i.

Metatheſis

Metatheſim facies ſi tranſponas elementum
Si dicas teucre cum debes dicere teucer.

Metatheſis eſt tranſpoſitio litterarũ in alienũ locum nulla tamen littera ex dictione ſublata. vt ſi dicas teucre cum debes dicere teucer. ⁊ eſt ꝓprium nomẽ viri. Nominatiuo hic teucer. genitiuo huius teucri.

A te vitari debent ſpecies metaplaſmi.
Sed pentimemeri ſolummodo nos decet vti.

Hic dat cautelam quantum ad vſum quarundã figurarũ. ⁊ dicit ꝙ ſpecies metaplaſmi de quibus dictum eſt ſupra debet vitari a te. Sed ſolũmodo nos decet vti pentimemeri de qua dictum eſt.

Syncopa cum fiet: veterum veſtigia ſeruet.

Hic dicit ꝙ ſi volumus vti ſyncopa. debemus ſeruare veſtigia veterum. hoc eſt cõmittere dictam figuram in dictionibꝰ in quibus veteres cõmiſerunt. vel in ſimilibus ⁊ non in alijs.

De ſpeciebus ſchematis

Dat ſpecies tibi ſchema prolepſim zeugma ſylepſim
Eſt et hypozeuxis anadiploſis epanalepſis.
Eſt epizeuxis et anaphora paronomeon:
Et ſcheſiſonomaton addis et homęoteleuton:
Et paronomaſia polyſyntheton addis et irmos.
Iungis homęoptoton paritercꝫ polyptoton addis.
Vltima dialyton vel aſyntheton eſt vocitanda.

Superius dictum eſt de figuris metaplaſmi excuſantibꝰ barbariſmũ. Nunc dicendũ eſt de figuris ſchematis excuſantibus ſoloeciſmũ. Schema nõ diffinitur cum ſit equiuocũ. ſcilicet in ſchema

lexeos. ⁊ in ſchema dianeos. Primum ꝑtinet ad grãmaticos: reliquum ad oratores. Figure ſchematis ſunt fere. xvij. que numerantur in littera.

Preſumit que ſunt ſuprema locanda prolepſis: — Prolepſis
Cerno ducẽtos hinc natos hincq̃ nepotes.

Hic A. in ſpeciali determinat de figuris quas enumerauit. Et primo de prolepſi. Et eſt ſciendum ꝙ duplex eſt prolepſis ſcꝫ conſtructtõis ⁊ locutionis De prima tractauit in cap. de regimine. Hic vo intendit de ꝓlepſi locutionis. Et dicit ꝙ ꝓlepſis ꝓſumit. i. primo ſumit ea q̃ ſunt locãda ſuprema. i. vltimate ordinata. Itẽ ꝓlepſis ſm donatū eſt ꝓſumptio rex ordie ſecutaꝝ. vt interea reges ingenti mole latinus ⁊c. procedunt caſtrl. Vel cū id qḋ poſteri⁹ accedit añ tps aſcribitur. vt montem ſacrū atq̃ auẽtinū inſedit qui poſtea ſacer dictus eſt. qḋ illū plebs inſederat. hoc etiam patet in exemplo auctoris. Cerno ducentos ⁊c

Zeugma fit in verbo ſi plurima clauſeris vno. — Zeugma
Hymnus chriſte tibi tibi laus tibi gloria detur.

Zeugma ſimiliter eſt duplex ſcꝫ ꝯſtructiõis ⁊ locutionis. De prima dictū eſt in cap. de regimine. Sed zeugma locutiõis fit qñ plurima ſuppoſita vni vbo attribuūtur. vt hymnus chriſte tibi. tibi laus. tibi gl'a detur. Donat⁹. Zeugma eſt vni⁹ vbi cõcluſio diuerſis clauſulis apte cõiūcta. Et eſt triplex ſcꝫ hyperzeugma et eſt qñ vbum vnū ꝓponitur ad qḋ ſequentes ſenſus ꝯferantur. vt vicit pudorẽ libido. timorẽ audacia. rationẽ amentia Meſozeugma eſt cū vbū vnuꝫ in medio ſenſuuꝫ loco poſitū repitur. vt Troiugena interpres diuum qui numina phoebi. Qui tripodas clarÿ lauros qui ſidera ſentis. Et volucrum linguas et prepetis omnia penne. Hypozeugma eſt cum vno verbo ſenſus clauduntur. vt diuitie inuidiam. virtus gloriam parant.

Clauſas diſſimiles ligat vna voce ſylepſis: — Syllepſis
In te chriſte ſalus in te ſunt premia noſtra.

Syllepſis eſt diſſimiliū clauſulaꝝ p vnum vbū cõglutinata ꝯceptio. vt ptꝫ in lr̃a In te chriſte ſa l⁹ ⁊c. Aliõ exẽplū. Iã pr̃ eneas ⁊ iã troiana iuuẽt⁹ ꝯueniūt. Et differt a zeugmate. q2 in zeugmate eſt cõiūctio apta quãtū ad ꝯgruitatẽ ſ3 in ſyllepſi nõ. Et hꝫ fieri plurib⁹ modis. vt patebit ſtati

Cum collectiuo iunctum plurale ſylepſim
Aſſignant aliqui: plebs iſta parant equitare.
Sed magis eſt propria conſtructio: plebs parat ire.

Dicit ꝙ aliqui aſſignãt ſyllepſim qñ pl'ale verbū iungitur cū noĩe collectiuo. vt iſta plebs parant equitare. Deinde ꝓhibet nob talẽ ꝯſtructionẽ dicẽs. Sꝫ magl eſt ꝓpria ꝯſtructio. plebs parat ire.

Eſt ſyllepſis vbi pro multis ponitur vnus.
Vt cum dicis: adeſt rex multo milite cinctus:

Dicit ꝙ ſyllepſis etiaꝫ eſt vbi vnus ponitur pro multis. cum dicis. adeſt rex multo milite cinct⁹. multo milite pro multis militibus ponitur.

Reddit hypozeuxis perſonę plurima verba — Hypozeuxis
Vni: nos mundet nos ornet gratia chriſti.

Hypozeuxis eſt figura zeugmati contraria. vbi diuerſa verba ſingulis clauſulis adiunguntur. vt regem adit. regi memorat. nomenq̃ genuſq̃. Ponitur etiam exemplū in littera

Fiet anadiploſis verbi geminatio: quando — Anadiploſis
Principiū clauſę fit idem cum fine prioris:
Fluminis iſtorū caret alter: et alter abundat.

Anadiploſis fit qñ eadẽ dictio q̃ eſt in fine prioris clauſule repitur in principio ſequẽtl. vt ptꝫ i exẽplo auctorl Fluminis iſtoꝝ ⁊c. Cõſtrue. Geminatio vbi. i. dictionis fiet anadiploſis. qñ principium clauſule fit idem cū fine prioris ſcꝫ clauſule. Exemplum. Sequitur pulcerrim⁹ aſtur Aſtur equo fidens.

Clauſis principiū dat anaphora pluribus vnum. — Anaphora
Chriſtus mundauit chriſtus nos purificauit.

Anaphora eſt repetitio eiuſdem vbi p principia pluriū clauſulaꝝ vel verſuū. vt ptꝫ in lr̃a. chriſt⁹ mundauit. chriſtus nos purificauit. Aliud exemplū. Nate mee vires mea magna potẽtia. ſolus Nate patris ſummi. Vel anaphora fit cum elocutio nõ ꝯuenienter reſpondẽs aliud refert occulte. vt Sed antea item coniurauere pauci. in quibus catilina. de qua ꝙ̃ breuiſſime potero dicam. de qua. hoc eſt. coniuratione.

**Epanalepſis**

Principio finem facit epanalepſis eundem.
Nobis grata prius nō ſunt modo cōgrua nobis.

Epanalepſis eſt qñ principiū clauſule idem eſt cū fine. vt pz in lr̃a. Nobis grata priꝰ nō ſunt mō congrua nobis. Ecce nobis ponitur in principio ⁊ in fine clauſule. Aliud exemplum. Ante etiam ſceptrum dictaei regis et ante. Vl' Epanalepſis eſt cū maiore ſignificato facta repetitio. vt Heu heu fugaces. poſthume poſthume Labuntur anni.

**Epizeuxis vel epimone**

Vnius eſt epizeuxis geminatio verbi
Significantis idem: me me petit vltio digna.

Epizeuxis eſt eiuſdem verbi congeminatio in eodem verſu ſine aliqua dilatione. vt patet in littera. me me petit vltio digna. Ecce me congeminatur ſine dilatione. Aliud exemplum. Me me adſum qui feci. in me conuertite ferrum. Aliud exemplū virgilij. Sic ſic iuuat ire ſub vmbras.

**Paronomaſia**

Voces pene pares que ſunt diuerſa notantes
Dant paronomaſiam: non curat vera ſed era.

Paronomaſia fit cum dictione iterata mutata littera aut ſyllaba ſimili nomine diuerſa vtimur ſignificatione. vt hic. non curat vera ſed era. Aliud exemplum. Inceptio eſt amentium haud amantium. Vel paronomaſia fit cum precedenti nomini aut nomen aut verbum per denominationem annectitur. vt pugna pugnata eſt.

**Paronomeon**

Principium ſimile voces iuncte retinentes
Dant paronomeon: vitat vim virgo virilem.

Paronomeon eſt quando eiſdē ſyllabis plures dictiones inchoantur. vt patet hic. vitat vim virgo virilem. Aliud exemplum. Machina multa minax minatur maxima muris.

**Scheſiſonomaton ſiue ſynthiſionomaton**

Iunctura ſimili voces multe ſociate
Dant ſcheſiſonomaton: vmbone repellitur vmbo:
Pes pede comprimitur: enſiſqȝ retunditur enſe.

Scheſiſonomaton eſt multitudo nominum coniunctorū quodam habitu copulandi. vt hic. vmbone repellitur vmbo. pes pede comprimitur. enſiſqȝ retunditur enſe. Aliud exemplum Marſa manus peligna cohors. feſtina virum vis. Vel ſcheſiſonomaton eſt cum in ſententiarum connexu plures ponuntur antonomaſie. vt armipotens tritonia virgo.

**Homoeoptoton**

Clauſula totalis tibi format homeoptoton vno
Caſu contenta: triſtes flentes lachrymantes.

Homoeoptoton eſt cum in ſimiles caſus verba diuerſa exeunt. vt flentes triſtes lachrymātes cōmiſerantes. hec figura dicitur alio nomine ſimiliter cadens.

**Homoeoteleuton**

Cum plures voces ſub fine tenentur eodem
Homeoteleuton erit: hinc carmina conſona ſubdis
Atqȝ leonina ſimul et caudaria iungis.

Homoeoteleuton erit cum plures voces ſeu dictiones tenentur ſub eodem fine ⁊ ſimiliter terminantur. vt bella horrida bella. Huic figure ſubdunt carmina conſona in medio ⁊ in fine. ⁊ caudaria ſcȝ rythmi in quibus attenditur conſonantia finalium ſyllabarum.

**Polyptoton**

Per varios caſus diſtincta polyptoton implet
Clauſula: littoribus contraria littora: fluctus
Fluctibus eſſe precor: populos populis inimicos.

Polyptoton eſt multitudo eorundem nominū varietate caſuum diſtincta. vt precor littora eſſe contraria littoribus. fluctus contrarios fluctibus. populos inimicos populis.

**Irmos**

Longa tenens ſeriem conſtructio dicitur irmos.
Principio celum ac terras campoſqȝ liquentes
Lucentemqȝ globum lune titaniaqȝ aſtra
Spiritus intus alit.

Dicit Auctor ꝙ irmos eſt ſeries continuate orationis tenorem ſuum vſqȝ ad vltimum ſeruans. ⁊ ponit exemplum virgilij. Principio celum ac terras campoſqȝ liquentes. Lucentemqȝ globum lune titaniaqȝ aſtra. Spiritus intus alit.

# De ſpeciebus tropi

Polyſynthe ton

Diuerſas voces coniunctio plurima iungit
Sic polyſyntheton eſt: materqꝫ paterqꝫ nepoſqꝫ.

Polyſyntheton eſt oꝛatio multis nexa coniunctionibus. vt patet in littera. materqꝫ paterqꝫ nepoſqꝫ. Aliud exemplum. Athanaſqꝫ thoaſqꝫ pelideſqꝫ neoptholemus pꝛimuſqꝫ machaon

Dialyton aſyntheton microloga ſiue brachylogia.

Cum ſine iunctura varię voces ſociantur
Dialyton facient: rex miles plebs negat illud.

Dialyton ſiue aſyntheton eſt figura ſuperioꝛi contraria. Fit enim quādo varie dictiones ſine cōiunctionibus inuicem ſociantur. vt patet hic. Rex miles plebs negat illud. Aliud exemplū. Ferte citi flammas. date tela. impellite remos.

De ſpeciebꝰ tropi.

Multa tropi ſpecies metaphoꝛa metonymia
Antonomaſia catachꝛeſis vel metalepſis
Onomatopęia vel epitheton et homęoſis
Synecdoche vel periphraſis ſimul allegoꝛia
Addis hyperbaton iſtis: et hyperbole ſit ſociata.

Dicto de figuris excuſantibus barbariſmum et ſoloeciſmum. ſequitur videre de figuris excuſantibus vicia anneχa. que quidem continentur ſub tropo. Et eſt tropus ſermo a pꝛincipali ⁊ naturali ſignificatione tranſlatus ad aliquam ſimilitudinem exoꝛnande orationis gratia. Cuius ſpecies ſunt tredecim quas auctoꝛ enumerat in littera.

Metaphoꝛa

Cum res eſt aliꝫ ſimilis pꝛo nomine nomen
Ponitur: vt ſit homo ſimplex cum dicitur agnus.
Debet metaphoꝛa dici tranſlatio talis.

Hic Auctoꝛ declarat pꝛimam ſpeciem tropi que dicitur metaphoꝛa. Et eſt metaphoꝛa rerum verboꝛumqꝫ tranſlatio a ꝓpꝛia ſignificatione ad non ꝓpꝛiam ꝑ ſimilitudinem decoꝛis aut neceſſitatis aut emphaſcos gr̄a. verbi gratia. Eſt aliquis hō ſimplex ⁊ dicam illum hominem eſſe agnum ꝑ ſimilitudinem. quia agnus dicitur eſſe ſimplex ꝓpter eius innocentiam. Metaphoꝛa fit ſex modis Primo ab animali ad animale. vt hic Tiphyn aurigam celeres fecere carine. ab agitatoꝛe enim ad gubernatoꝛem tranſtulit Scdō ab inanimali ad inanimale. vt pelagus tenuere rates. pꝛo nauibus. nūc rates dixit Tertio ab aiali ad inanimale. vt At ꝓcul excelſo mirat᷑ vertice montis. ꝓ cacumine. nunc vertice dixit qui eſt animaliū tantū. Quarto ab inanimali ad animale. vt ſi tantum pectoꝛe robur concipis. a ligno enim ad hominē tranſtulit. Quinto ab eo quod ꝑcedit id quod ſequitur. vt Spem vultu ſimulat. ꝓ leticiā que ꝓuenit ex ſpe. Sexto ab eo quod ſequitur id qđ precedit. vt Meriteqꝫ expectent pꝛemia palme. ꝓ virtutis ex qua palma ꝓcedit. Et eſt duplex metaphoꝛa ſcꝫ recipꝛoca ⁊ vnius partis. Recipꝛoca metaphoꝛa eſt que facile conuerti poteſt. vt Altū mare celumqꝫ pꝛofundum. poſſumus enim conuertere. altum celum mareqꝫ pꝛofundum. Unius partis metaphoꝛa eſt que conuerti non poteſt. vt germinare vites. fluctuare ſegetes. volitare nubes. In his enim rebus germina fluctus ⁊ alas non inuenimus.

Catachꝛeſis

Fit catachꝛeſis: vbi ſub nomine res alieno
Signatur: ſic piſce carens piſcina vocatur.

Catachꝛeſis eſt vſurpatio nominis alieni. vt piſcina eſt locus piſcium. nihilominus interdum ſumitur ꝓ loco piſcibus carente. dūtamē ſit aquoſus: Aliud exemplum. vt patricida qui fratrem vł vxoꝛem occidit. cum ille ꝓpꝛie ſit patricida qui patrem occidit.

Metalepſis

Pro pꝛęeunte ſequens poſitum faciet metalepſim.
Ut cum ſignificas annos tot per tot ariſtas.

Metalepſis eſt dictio gradatim pergens ad id quod oſtendit. vt cum ſignificas annos tot ꝑ tot ariſtas. In quolibet enim anno ꝓducuntur ariſte. ⁊ ideo per tot ariſtas tot annos ſignificamus. Aliud exemplum. vt ſpelūcis abdidit atris. Ab atris enim nigre intelliguntur. a nigris tenebroſe ⁊ ꝑ hoc in pꝛeceps pꝛofunde.

Metonymia

Plures eſſe modos reperimus metonymię:
Cum pꝛo contento quod continet aut viceuerſa
Ponitur: aut factoꝛ pꝛo facto vel retrouerte.

Metonymia eſt dictio ab vna ꝓpꝛia ſignificatione ad aliam ꝓpꝛiā tranſlata. Et fit ſex modis. Primo cum ponitur continens ꝓ contento. vt Nunc pateras libate ioui. pateras ꝓ vina. Secūdo cū ponitur contentū ꝓ continente. vt Crateras magnos ſtatuunt ⁊ vina coꝛonant. vina pꝛo pateras Tertio cū ponitur inuētoꝛ vel dominans ꝓ inuēto vel ſubiecto. vt ſine cerere ⁊ baccho friget venꝰ.

pro ſine pane ⁊ vino. Quarto cum ponitur inuentum vel ſubiectum ꝓ inuentore vel dominãte. vt vinumqꝫ precemur pro bachum. Quinto cum ponitur efficiens ꝓ effecto. vt meſtumqꝫ timorem. qui meſtos faciat Sexto cum ponitur effectum pro efficiente. vt ſic melior remis. infert enim velocitatem que per remos fit.

**Antonomaſia**

Antonomaſia ſolet excellentia dici.
Si proprium taceas nomen: ponens generale.
Sic dauid inſinuas nomen dicendo prophete.

Antonomaſia eſt ſignificatio vice nominis poſita. vt ſaturnia iuno. Et fit tribus modis. ſcilicet ab animo. vt magnanimuſqꝫ anchiſiades. pro eneas. A corpore. vt Atqꝫ his aligerum dictis affatur amorem. pro cupidinem. Et ab extrinſecis actionibus. vt Infelix puer atqꝫ impar congreſſus achilli. pro infelix troylus Antonomaſia fit quando nomen commune ponitur pro ꝓprio. vt cum dicitur propheta. intelligimus dauid. Et hoc fit vt excellentiam denotemus.

**Epitheton**

Si iungas proprium voci rem ſignificanti
Fiet epitheton: vt ſi dicas triſtia bella.

Epitheton eſt prepoſita diſtinctio proprio nomini aut ornandi aut deſtruendi aut indicandi cauſa. Ornandi. vt dia camilla. Deſtruendi. vt ſcelerumqꝫ inuentor vlyxes. Indicandi. vt lariſſeus achilles. Et fit tribus modis. Primo ab animo. vt pius eneas. Et contemptor diuum mezenti⁹. Secũdo a corpore. vt pulcher iulus ⁊ leta venus. Tertio extrinſecus. ⁊ hec in plures ſpecies diuiſa ē. Aut a loco. vt ithac⁹ vlyxes. Aut ab actu. vt enea nutrix caieta. Aut ab euẽtu. vt inſula diues opum tenedos.

**Synecdoche**

Si partem ſumas pro toto vel viceuerſa
Synecdochen facies dicens: hec eſt caput alba.

Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus. cum plus minuſve pronuncias. Fit enim ſi partem ſumas pro toto. vt Puppeſqꝫ tue pubeſqꝫ tuorum. a puppibus enim naues ⁊ a pube oēs ſocios ſignificat. Aut ecõuerſo. vt Ingẽs a vertice põtus. ꝓ ingens pars ponti. Duplex eſt ſynecdoche. id eſt conſtructionis ⁊ locutionis. Synecdoche conſtructionis continetur ſub ſchemate. ⁊ eſt ſpecies antiptoſis. De ſynecdoche locutionis hic dicitur.

**Onomatopoeia**

Onomatopeiam facies ſi nomina ſumas
De ſonitu tracta: ſic ſus ſcropha dicitur eſſe.

Onomatopeia eſt nomẽ de ſonitu factum vel fictum. vt tinnitus aeris clangorqꝫ tubarũ. Sic etiã ſus dicitur eſſe ſcropha a ſonitu quem facit. Sic etiam tintinnabulum ⁊ taratantara dicta ſunt a ſonitu ⁊c.

**Periphraſis**

Periphraſis circũloquium de iure vocatur
Cum verbis curas attollere rem tibi gratam.
Aut in re turpi verbis non turpibus vti.

Periphraſis eſt numeroſior dictionum in vniuerſa rei ſignificatiõe congregatio verborum ambitu rem deſcribens. Et fit duobus modis. Primo ornande rei cauſa que pulchra eſt vt breuitatem ſplendide producat. vt Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Titoni croceum linquens aurora cubile. Poterat enim dicere. Iam lucebat vel dies ortus erat. Secundo vitande rei cauſa que turpis eſt. vt Feditatem circũitu deuitet. vt Placidumqꝫ petiuit Coniugis effuſus gremio per mẽbra ſoporem. His enim verbis concubitum oſtendit.

**Hyperbole**

Tranſcenſus veri manifeſtus hyperbole fiet.
Aſtra ferit ſonus armorum clangorqꝫ tubarum.

Auctor dicit ꝙ hyperbole eſt tranſcenſus manifeſtus. i. exceſſus veri. i. veritatis. Et fit vel cauſa augendi. vt niue candidior. vel minuendi. vt teſtudine tardior ibat.

**Hyperbaton Huius ſpecies ſunt quinqꝫ**

Locum turbatus formabit hyperbaton ordo:
Syncheſis hinc temeſis ac hyſterologia ſubſunt
His et anaſtropha vult pariterqꝫ parentheſis addi.

Hyperbaton eſt verborum tranſgreſſio q̃dã ordinem conturbans. cuius ſpecies ſunt quinqꝫ, ſcilicet hyſterologia vel hyſteronproteron. ſyncheſis. temeſis. anaſtrophe. parentheſis.

**Prima Hyſteron proteron vel hyſterologia.**

Hyſteron et proteron ſolet hyſterologia dici
Hec fit cum rectam ſeriem ſententia mutat.

Hi cererem torrere parant et frangere ſaxo.
Hyſteron proteron vel hyſterologia fit quando mutatur ordo ſententie cum recta ſerie verborū vt patet in exemplo. Hi cererem torrere parant et frangere ſaxo Nam prius frangere ſeu molire debent cererem et granum q̄ torrere ſeu decoquere. Aliud exemplum. Moreſq̄ viris ⁊ menia cō/ det. Prius enim menia conduntur. deinde leges dantur.

Secunda
Synchesis

Synchesis eſt omni confuſa locutio parte:
Nos virtute lauat: qui labem criminis ornat.
Synchesis eſt obſcurum hyperbaton ex omni parte confuſum. vt patet in exemplo. Nos virtute lauat ⁊c. Eſt enim ordo. ille qui lauat labem criminis. ornat nos virtute. Aliud exemplum. Tris nothus abreptas in ſaxa latentia torquent Saxa vocant itali medijs que in fluctibus aras. Quorum ordo eſt. Tris ſcilicet naues abreptas nothus torquet in ſaxa que ſcilicet ſaxa in medijs fluctibus latentia itali vocant aras.

Tertia
Temesis vel diacope

Dat temeſim binas in partes dictio ſecta:
Eſt boree regio ſeptem ſubiecta trioni.
Temesis eſt vnius dictionis ſectio vna dictione vel pluribus interiectis. vt hic in littera. Eſt boree regio ſeptem ſubiecta trioni. Ecce ſeptemtrioni eſt vnica dictio. que diuiſa eſt.

Quarta
Anaſtrophe

Dictio ſi ſubſit: cum ſit precedere digna:
Fiet anaſtropha: ſic ſurgit mare littora contra.
Anaſtrophe eſt verborum tantummodo prepoſterus ordo. vt ſurgit mare littora contra. Ecce illa prepoſitio contra deberet preponi ſuo caſuali. ⁊ poſtponitur.

Quinta
Parentheſis ſiue dyaliſis

In clauſa clauſam ſi commiſces alienam
Inde parentheſis eſt: princeps (quia bella minantur
Hoſtes) militibus vrbes premunit et armis.
Parentheſis eſt interpoſita oratio diuerſe ſententie. vt patet in littera. princeps (quia bella minā tur hoſtes) militibus vrbes premunit ⁊ armis. Aliud exemplum. Aeneas (neq̄ enim patrius cō ſiſtere mentem Paſſus amor) rapidum ad naues premittit achatem.

Allegoria
Huius ſpecies ſunt ſeptem

Cum deſignatur aliud q̄ clauſula ſignat
Allegoria datur: ſeptem ſpecies dabis illi.
He ſunt antiphraſis charientiſmos et enigma
Atq̄ paremia ſarcaſmos ac ironia
Antiſmos tandem predictis ſit ſocianda.
Allegoria eſt tropus. quo per ſimilitudinem vel contrarium aliud ſignificatur q̄ dicitur. vt laterem lauas aerem verberans. id eſt. tempus perdere vel inutiliter expendere. Huius ſpecies ſunt ſeptem. quas auctor numerat in littera. ⁊ ſubſequenter declarat.

Prima
Antiphraſis

Antiphraſis ſermo ſignans contraria dictis
Sic lucum dices quia raro luce niteſcit.
Antiphraſis eſt dictio econtrario ſignificans. vt bellū quaſi minime bonū. lucus quaſi minime lucens vel raro luceſcit. parca eo ꝙ nemini parcit.

Secunda
Charientiſmos

Eſt charientiſmos cum profers dura relatu
Gratius: hinc amon nomen traxiſſe putamus.
Charientiſmos eſt quo dura relatu gratius proferuntur. vt cum interrogamus. Nunquid nos queſierit aliquis. reſpondeatur. bona ſalus vel fortuna. ex quo intelligitur neminē nos queſiuiſſe.

Tertia
Aenigma

Obſcurus ſermo quaſi mirandus fit enigma:
Patrem progenies occidit matris in aluo:
Quam mater genuit: generauit filia matrem.
Enigma eſt obſcura ſententia per occultam ſimilitudinem rerum. vt patrem progenies occidit matris in aluo. ⁊ de beato Thoma intelligitur. Nam ipſe erat pater animarum. progenies vo humana occidit eum predicantem in aluo matris. ſcilicet eccleſie. Quam mater genuit. per matrē ſignificatur aquam in glaciem conuerti ⁊ ex eadem rurſus effluere.

Quarta
Paroemia

Si proponantur prouerbia publica dices

**Eſſe paręmiam: lupus eſt ſermone ſub iſto.**
Paroemia eſt accommodatum rebus temporibuſqꝫ prouerbiū Rebus. vt aduerſus ſtimuluꝫ cal
citra. id eſt. ſuperbis reſiſte. Temporib⁹. vt lupus eſt in fabula. id eſt. tace. Erunt enim aliqui de
aliquo fabulantes. et ecce veniet quidaꝫ odioſus eis. vt ſermo retrahatur alter eorum dicet hoc
prouerbium. lupus eſt in fabula. quod etiam eſt a ruſticis vſitatum.

Quinta
Sarcaſmos

**Sarcaſmos ſolet hoſtilis deriſio dici**
**Auxliante modo dicendi ſignificata.**
Sarcaſmos eſt plena odio atqꝫ hoſtilis deriſio auxiliante modo dicendi ſignificata. id eſt. ꝙ talis
deriſio fiat cum modo. vt hic. En agros ⁊ quā bello troiane petiſti Heſperiam metire iacens. Ali
ud exemplum de euangelio. Alios ſaluos fecit. ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex iſrael eſt
deſcendat nunc de cruce ⁊ credimus ei. Item. Omnes quos percuſſiſti gladio mortui ſunt. cū hoc
dicitur alicui qui neminem gladio percuſſit. Sarcaſmos eſt illa figura quam committimus mor
dendo aliquem in ſermone. ⁊ huic contrariatur antiſmos.

Sexta
Ironia

**Per voces dictis contraria dant ironiam.**
Ironia eſt oratio verborum ſenſus i contrarium reddens. pronūciantis grauitate adiuta. vt hic.
I nunc ⁊ meriti lectum reuerere parentl. Et dicitur ab iron quod eſt eleuare. quia in ſermōe iro
nico eleuamus vultum ⁊ geſtum. Aliud exemplum. Egregiam vo laudem ⁊ ſpolia ampla refertl.
Tuqꝫ puerqꝫ tu⁹ magnum ⁊ memorabile numen. Una dolo diuū ſi femina victa duorum eſt.

Septima
Antiſmos vel
Aſteiſmos

**Urbane ludens verbis non concitus ira**
**Antiſmos facies: hyrcos mulgere laboras.**
Antiſmos eſt figura multiplicl ⁊ numeroſe virtutl. Antiſmos eniꝫ vocatur quicquid ruſtica ſim
plicitate caret. ⁊ faceta ſatis vrbanitate expolitum eſt. vt patet hic. hyrcos mulgere laboras. quod
tm̄ valet quantum nihil facis. Ecce pulchrum exemplum antiſmos. Bauius et Meuius fuerūt
duo poete parum ſcientes. ⁊ multum odiebant Uirgilium. Uirgilius enim de hoc perpendens. vo
luit eos vrbane deludere. ⁊ compoſuit iſta duo carmina. Qui Bauium non odit amet tua carmi
na moeui. Atqꝫ idē iungat vulpes ⁊ mulgeat hyrcos. Quaſi dicat ꝙ vtriuſqꝫ carmina vilia erant
et tantum facit qui ſequitur ea. quantum qui iungit vulpes ⁊ mulget hyrcos. Iteꝫ antiſmos eſt
cum dicitur. Fili mulieris vltro virum rapientis. id eſt. fili meretricis dixit Saul Jonathe. Itē
apoſtolus. Utinam ⁊ abſcindantur qui vos conturbant. Et eſt antiſmos contraria figura de ſar
caſmos.

Homoeoſis
Huius ſpecies
ſunt tres

**Eſt et homęoſis quando rem ſignificabis**
**Ex alia: cui rem poſſis conferre priorem:**
**Quę ſit nota minus per eam quę notior extat.**
**Tres ſpecies icon paradigma parabola ſubſunt.**
Homoeoſis eſt minus note rei per ſimilitudinem eius que magis eſt nota demonſtratio. Huius
ſpecies ſunt tres. videlicet icon. parabola. paradigma. Subſequenter declarat eaſdem ſpecies

Prima
Icon Icaſmos
vel catatypoſis

**In ſimili genere qui comparat efficit icon:**
**Hęc ſolet ex vſu quandoqꝫ parabola dici.**
Icon eſt perſonarum inter ſe vel eorum que perſoniſ accidunt cōparatio. vt Os humeroſqꝫ deo ſi
milis. Interpretatur icon imago. Et nota ꝙ in exemplo predicto fit comparatio aenee ad deum
in pulchritudine. Aliud exemplum. Uidimus gloriam eius gloriā quaſi vnigeniti a patre. Iteꝫ
Neqꝫ nubent neqꝫ nubentur neqꝫ ducent vxores. neqꝫ enim vltra mori poterunt. equales enim an
gelis ſunt. Hec figura ex vſu dici ſolet parabola.

Secunda
Parabola

**Sed dici poterit de iure parabola ſi quis**
**Inter diſſimiles res comparat: vtputa ſemen**
**Eſt euangelium quod nutriuit bona terra:**
**Quod petra ſuſcepit quod ſpinę detinuerunt.**
Parabola eſt rerum genere diſſimilium comparatio. vtputa ſemen ⁊c. hoc exemplum. Similitu
do exempli patet. ſi verbum domini perceptum in corde boni viri nutritur. hoc eſt fructificat. ⁊ in
corde mali viri non. ſed hoc per ſimilitudinem clarius oſtenditur. Semen comparatur euange
lio ſiue verbo domini. bona terra comparatur bono cordi. petra comparatur malo cordi. Aliud exē
plum. Ac veluti magno in populo cum ſepe cohorta eſt Seditio. Et parabola fit octo modis. Pri
mo per habitus. vt qualis in eurothe ripis. aut per iuga cynthi exercet diana choros. Secundo
per magnitudineꝫ. vt Ceu duo nubigene cum vertice montis. Tertio per colorem. vt Indum ſan
guineo veluti violauerit oſtro. Si quis ebur. Quarto per vocem. vt Qualis mugitus fugit cū ſau

cius aram Taurus. Quiuto per energiam. vt In ſegetē veluti cū flamma furentibus auſtris Inci‑ dit. Sexto per altitudinem. vt Qualis aerie liquentia flumina circum Siue padi ripis. Septi‑ mo per affectum. vt Sic funere primo Attonite patuere domus. cum corpora nondū Conclama‑ ta iacent. Octauo per ſimilitudinem ⁊ veritatem. vt Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus am‑ nis Exit.

Tertia Paradigma

**Hic paradigma facit: qui primum comparat: et poſt**
**Aſſignat ſimile: domini ſunt ſemina verbum:**
**Spinę diuitię: mens arida petra vocatur.**

Paradigma eſt enarratio exempli hortantis vel deterrentis. Et fit quando primo fit comparatio et poſtea per ſimilitudinem illa talis comparatio declaratur. vt patet in littera. Nam facta eſt mē‑ tio de ſemine de ſpinis ⁊ de petra. Et poſtea illi termini declarantur hoc modo. Semina ſunt verbū domini. ſpine ſunt diuitie. petra eſt mens arida. Et fit aut per modum hortantis. vt hic. Antenor potuit mediis elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus ⁊c. Aliud exemplum. vt Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis et oratione orauit vt non plueret ſuper terram et non pluit. Item in euangelio. Reſpicite volatilia celi quonia[m] non ſerunt neq̃ metunt neq̃ congregāt in horrea et pater veſter celeſtis paſcit ea. Aut p modū deterrentis. vt hic. At non ſic phrygius penetrat la‑ cedemona paſtor, ledeamq̃ elenam troianas [v]exit ad vrbes. Aliud exēplū in euāgelio. In illa ho‑ ra qui fuerit in tecto ⁊ vaſa ei⁹ in domo n̄ deſcēdat tollere illa. ⁊ q̄ in agro ſimiliter n̄ redeat retro

De figuris reducibilibus ad p[re]dictas

**Alterius vox vna tenens [v]im prępoſitiuę.**
**Vt ſupra pro de fit protheſioſparallange.**

Prothesioſparallange

Executo ſingillatim de figuris ſm ordinem Donati. hic proſequitur de quibuſdā figu‑ ris que poſſunt retorqueri diuerſimode ad predictas. Dicit ergo q̄ protheſioſparallan‑ ge eſt prepoſitionis pro prepoſitione aliena poſitio. vt ſupra pro de. vt in Virgilio. Multa ſuper priamo. id eſt. de priamo. In pro inter. vt Accepit eum in vlnas ſuas. id eſt. inter vlnas. Benedi‑ cta tu in mulieribus. i. inte[r] mulieres. Et ſic de aliis. Et dicitur a protheſis prepoſitio ⁊ parallan‑ ge mutatio quaſi prepoſitionis mutatio in prepoſitionem.

Liptote

**Cum plus ſignificas dicens minus: hęc tibi fiet**
**Liptote: fit ſub ea firmando negatio bina.**

Liptote eſt cum minus dicimus ⁊ plus ſignificam⁹. vt mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Vel fit quādo due negationes faciunt vnam affirmationem. vt nōnunq̄ legi. id eſt. multotiēs legi. Et hab[et] fie‑ ri per negationem magis affirmando ſententiam. vt non mediocriter conturbatur animus meuſ id eſt. valde conturbatur.

Topographia

**Deſcribendo locum topographiam faciemus.**

Topographia eſt loci vera deſcriptio. vt in Ouidio. Eſt ſinus aduncos modice falcatus in arctus Aliud exemplum. Eſt in conſpectu tenedos notiſſima fama inſula. Eſt ⁊ alia figura dicta topothe‑ ſia. ⁊ eſt loci ficta deſcriptio. vt Eſt in receſſu longo locus. inſula portum. Efficit obiectu laterum.

Chronographia

**Chronographia ſolet certum deſcribere tempus.**

Chronographia eſt temporis deſcriptio. vt in Ouidio. Nanq̃ ſub aurora iam dormitante lucer‑ na. Tempore quo cerni ſomnia vera ſolent ⁊c. Et dicitur a chronos tempus. ⁊ graphos ſcriptura Aliud exemplum. Tempus erat quo prima quies mortalibus egris Incipit.

Hypallage

**Si dicatur agens patiens res vel viceuerſa:**
**Siue modo ſimili tibi ſit conuerſio facta:**
**Fiet hypallagium: perflauit fiſtula buccas.**

Hypallage eſt ordo ſententie cum verbis mutatus. Fit enim quando agens ponitur pro patien‑ te vel econuerſo. vt patet in littera. perflauit fiſtula buccas. id eſt. bucce perflauerunt fiſtulam. Ali‑ ud exemplum. Date claſſibus auſtros. pro claſſes auſtris. Aliud exemplum in Hieremia. Mitta‑ mus lignum in panem eius. id eſt. panem in lignum. hoc eſt chriſtum in cruce.

Proſopopeia ſiue ſomatopeia

**Perſonamq̃ nouam formans das proſopopeiam.**

Proſopopeia eſt noue perſone fictio. Fit enim quando res animata ⁊ rationalis loquitur ad rē inanimatam vel econuerſo. vel quando rationale loquitur ad irrationale vel econuerſo.

Apoſtrophe

**Abſenti ſermo directus apoſtropha fiet.**
**Sic loquor abſenti: ſcriptam dum mitto ſalutem.**

Apoſtrophe eſt ſermonis a perſona ad perſonam directio. Et fit vt ſi fact⁹ fuerit ſermo de aliquo in tertia perſona. ⁊ poſtea dirigatur ad eundem in ſecunda. vt Nec te tua plurima panthu labē‑ tem pietas. nec apollinis inſula texit. Huius etiam exempla multa reperies in auctoribus et in litteris miſſiuis.

**Endiadis** Eſt adiectiuum ſubſtantiuo reſolutum
Aut econuerſo: ſic endiadim tibi formo.
Armatumqꝫ virum deſigno per arma virumqꝫ.
Armatoqꝫ viro decet arma virumqꝫ notare.

Endiadis eſt adiectiui in ſubſtantiuū. vel ſubſtantiui in adiectiuuꝫ permutatio ſiue reſolutio. vt in Virgilio. Arma virumqꝫ cano. ⁊ in littera. Armatumqꝫ virum ⁊c. Et fit duobus modis. ſcilꝫ ꝯiunctim ⁊ diſiunctim. Coniunctim fit quando adiectiuum ⁊ ſubſtantiuū ponitur in littera. vt armatum virum. Diſiunctim fit quando ſolum adiectiuum ponitur vel ſolum ſubſtantiuum.

**Ecbaſis** Extra materiam deſcribens vana vagatur
Auctor: et hanc plures ecbaſim dixere figuram.

Ecbaſis eſt quedam euagatio materie. vel eſt digreſſio quedam a principali materia. vt apud georgica Virgilij in tempeſtatis deſcriptione apparet. Sed nota ꝙ hec figura nihil valet niſi reuertatur ad propoſitum. quod ſi fiat pulchra eſt.

**Emphaſis** Emphaſis efficitur ſi fixum proprietatem
Significans ponis vbi debet mobile poni.
Sic loquor expreſſe dicens: dauus ſcelus ipſum.

Emphaſis eſt expreſſiua locutio. Et fit cum volentes exprimere aliquod accidēs vtimur nomine ſubſtantiuo pro adiectiuo ſignificante illud accidens ad maiorem expreſſioneꝫ. vt ſi ponatur ſcelus pro ſcelerato. vt dauus eſt ipſum ſcelus. id eſt. ipſe dauꝰ eſt ſceleratus. ⁊ nō aliꝰ ita ſicut ipſe.

**Ephexegeſis** Eſt ephexegeſis exponens dicta priora.

Ephexegeſis eſt ſuccincta expoſitio precedentium. vt hic. Legerat huius amor nomen titulūqꝫ libelli. Et hoc fit ad exprimendam ſententiam intentam.

**Euphonia** Cum retices quod turpe ſonat dic euphoniam:
Circuit hec et reliquię dant religioqꝫ.

Euphonia eſt bona ſonoritas in dictione conſiderata. vt in hac dictione circūit ⁊ non circūiuit. reliquie ⁊ non relliquie. religio ⁊ non relligio. meridies ⁊ non medidies.

**Lepos** Dicitur eſſe lepos ſermo directus ad vnum
Vtens plurali: velut hic: noſtis bone preſul.

Lepos interpretatur vrbanitas loquendi. Et eſt lepos ad vnam perſonaꝫ pluralis numeri ſermonis directio. vt patet in littera. Noſtis bone preſul. id eſt. prelatus. Hec figura inuenta eſt cauſa honoris.

**Antiptoſis** Pro numero numerum pro caſu ponere caſum
Te facit antiptoſis inter ſe diſſona iungens.
Sepius audiui tempus pro tempore poni:
Ludere ludebant ad ludendumqꝫ vacabant:
Inqꝫ prophetijs mutantur tempora ſacris.

Antiptoſis eſt accidentis pro accidente poſitio. Et fit quando ponitur caſus pro caſu. vt vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Numerus pro numero inquantuꝫ reſultat improprietas conſtructibiliū. vt turba ruunt. vel aliter. vt multo milite. id eſt. multis militibus. Tempus pro tempore. Unde Virgilius. Exaudiri gemitus pro exaudiebatur. Et in prophetijs ponitur preteritum perfectum pro futuro. vt in Daniele. Affuit hyrcus ab aquilonibus ⁊c. vbi affuit ponitur ꝓ aderit. Et hoc fit cauſa maioris certitudinis.

**Antitheton** Verba per antitheton reſpondent vltima primis:
Sunt daniel noe iob caſtus rectorqꝫ maritus.

Antitheton prout ſumitur in hoc loco eſt ſubſequentium ad precedentia reductio. vt cum ſingula ſingulis correſpondent. vt patet in littera. Sunt Daniel ⁊c. Caſtus reducitur ad li daniel. rector ad Noe. maritus ad Iob. Fit etiam antitheton cum contraria contrarijs opponūtur. vt apō Ouidium libro ꝑ metamorphoſeos. Frigida pugnabant calidis humentia ſiccis. Mollia cum duris ſine pondere habentia pondus.

**Antipophora** Reſpondens ad ea tibi que ſunt obijcienda

Das antipophoram: cum nil tamen obijciatur.
Antipophora eſt tacite obiectioni ꝓlata reſponſio. ⁊ hoc ſonat in littera. Exemplū habetur in ouidio ibi ſcꝫ. Omnia nancꝫ tuo ſenior te querere miſſo. Retulerat nato neſtor. at ille mihi. Aliō exemplum. Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni.

Anticlaſis

Senſus oppoſitos notat anticlaſis eodem
Verbo: non obſto ſed toto poſſe reſiſto.
Anticlaſis eſt ſententie contrarie in oratione continua poſitio. vt patet in littera. non obſto ſ; toto poſſe reſiſto. Et dicitur ab anti contra. ⁊ claſis ſententia.

Antimetabola

Cum verbis vertit antimetabola ſenſum.
Non vt edas viuas: ſed edas vt viuere poſſis.
Antimetabola eſt in oratione cōtinua ſermonis cum ſententia ꝑmutatio. vt patet in littera. Nō vt edas viuas ſed edas vt viuere poſſis. littera eſt plana.

Apoſiopiſis

Incipimus fari quicꝗ quandoꝗ: ſed illud
Vltro deſinimus intercipimuſꝗ tacendo:
Vult apoſiopiſis dici defectio talis.
Apoſiopiſis in coloribus rhetorice dicitur preciſio. Apoſiopiſis eſt ſententie ꝑ orationem interceptio. Et fit quando incipimus fari quicꝗ. ⁊ vltro. i. voluntarie deſinimus illud quoꝗ quod cepimus illud tacendo. vt in hoc exemplo terentij. Ego ne illam. que me. que illuꝫ. que me. que me non. hoc eſt. ego ne illam digner aduentu meo. que illum ꝓpoſuit mihi. que me ſpreuit. que me nō ſuſcepit heri. Et hic. Nunquid ego recolo que tu. ſed dicere nolo.

Euphoniſmos

Euphoniſmos erit pro verbo ponere verbum.
Exultat domini laudem mea lingua ſuperni.
Euphoniſmos eſt poſitio verbi pro verbo. vt in pſalterio. Exultauit lingua mea iuſticiam tuam. id eſt cū exultatione decantauit. hoc etiam patet in littera. Exultat domini laudem ⁊c̄.

Syntheſis

Contingens verbi mutabit ſyntheſis: ecce
Vnica facta fuit mulier: que ſunt modo plures:
Iſta ſed in noſtrum mutatio non venit vſum.
Syntheſis eſt accidentis permutatio in oratione diuerſa. Et fit duobus modis Primo mō quādo fit permutatio numerorum. vt patꝫ in littera. Vnica mulier facta fuit. que ſunt modo plures. ⁊ continetur ſub ſyllepſi. Secundo modo quando fit permutatio perſonarum. vt hic. domini eſt ſalus. ⁊ ſuper populum tuum benedictio tua. ⁊ hec ſpecies reducitur ad apoſtropham. Nota ꝙ hec figura nobis non licet. Ideo dicit. Iſta ſed in noſtrum.

Dicuntur bine ſpecies hec ſyntheſis eſſe:
Scilicet hec: et ea qua perſonam variamus:
Nobis parce deus: noſtros lauet ille reatus.
Quaſi dicat ꝙ ſyntheſis fit duobus modis vt diximus ante. Conſtrue. Species ſyntheſis dicūtur eſſe bine ſcꝫ hec ſupple de qua dictum eſt in precedentibus verſibus. ⁊ ea qua. i. per quam variamus. i. mutamus ꝑſonam. vt patet ibi. Nobis parce deus. noſtros lauet ille reatus. Ecce prio in ſecunda perſona loquimur cum dicimus parce. Deinde in tertia cum dicimus lauet.

Oligopomenon

Vult oligopomenon ex dictis plura notare
Moto ſermone: ſic plura decet memorare.
Vrit amor paridem: nuptam rapit: armat atridem
Altio: pugnatur: fit machina: troia crematur.
Oligopomenon eſt ſub paucis v̄bis multorꝫ compheſio: vt ptꝫ in textu auctoris. in quo per duos verſiculos hiſtoria troiana continetur. Aliud exemplum. Mors mala mors intus malus actus mors foris vſus. Tumba puella puer lazarus iſta notant.

Homophoſis

Exponens erit homophoſis non nota per eque
Vel magis ignota: dic alchitrop eſſe cauillam
Que tenet allidadam cum valdagora ſociatam.

Homophoſis eſt expoſitio ignoti ꝑ magis vel eque ignotum. vt cum q̄ritur. quid eſt palmitotas. reſpōdeatur pretaxo as. vel qn̄ per grecū exponit latinū. vt interrogādo quid ſit hō. reſpōdeat antropos. Idem eſt in exēplo lr̄e. Pro. cuiꝰ euidētia nota ꝙ in aſtrolabio ſunt q̄dam tabule ad modum ligni vel lapidis diſpoſite. quaꝝ vna dicitur alidada ⁊ alia valdagora que adinuicem coniuncte ſunt mediante cauilla que dicitur alchitrop.

**Epimone**

Sepe prius dicta geminat tibi theologia.
Epimoneqꝫ notat hec ſi repetitio fiat.
Ut quod dicetur ſic certius eſſe probetur.
Expectando dauid expectans ſic geminauit.

Epimone eſt eiuſdem dictionis repetitio immediata. vt Amen amen dico vobis. Et ſic reducitur ad epizeuxim. Alij dicunt ꝙ epimone fit quando dictio non tota repetitur ſed principium. ⁊ finis variatur. vt in pſalmo Expectans expectaui dominum. Hec figura multum reperitur in ſacra pagina. Ideo dicit. theologia geminat tibi ſepe dicta prius Et hoc fit. vt id quod dicetur ſic probetur eſſe certius. Deinde ponit exemplum dauid ꝓphete dicens Expectando dauid ⁊c̄. Aliud exemplū Canens canebat. laudans laudabo ⁊c̄.

**Antropospathos**

Si que ſunt hominis aſſignentur deitati
Antropoſpathos: ſic ſepe dei legis iram.

Antropoſbathos eſt cū humane ꝓprietates aſſignant ineſſe deo. Sic tu ſepe legꝭ dei irā. vt in pſalmiſta. Domine ne in furore tuo arguas me. neqꝫ in ira tua corripias me. Iraſci enim ⁊ furere ad homines ſpectat ⁊ non ad deum

**Homopathion**

Si ſint res alique concordi federe nexe.
Id quod ineſt vni reliquam dices operari.
Sic linguam cordi concordem dic meditari.
Ac homopathion iſtam dic eſſe figuram.

Homopathion vel homopaſſion eſt attributio ꝓprietatꝭ vni ꝑtis alteri. vt innuit lr̄a. Cōſtrue igitur ſic. Si aliq̄ res ſunt nexe ⁊ ꝯiuncte cōcordi federe. tu dices reliquā. i. alteram eaꝝ opari id qd̄ ineſt vni ipſarum rerum. Deinde exemplificat dicēs. Sic linguā cordi concordem dic meditari. Lingua em̄ et cor ſunt res cōiuncte cōcordi ſedere. nā lingua ꝓferre hʒ. cor vero meditari. Si g attribuo ꝓprietatem cordis lingue vel ecōuerſo ꝯmitto figurā p̄dictam. vt dicendo. lingua meditatur ⁊ cor loquitur ⁊c̄.

Nil reor aſſertum quod non queat eſſe tenendum.
Pluraqꝫ ſignaui que non debes imitari.

Quoniā exigitur modus ſcie̅di in ſcie̅tia demōſtrata. hinc eſt ꝙ auctor finiturꝰ ꝓpoſitū ⁊ cōcludēs docet modū intelligendi ea q̄ dixit. ⁊ q2 triplex eſt grammatica. ſ. p̄ceptiua ꝑmiſſiua ⁊ ꝓhibitiua. ideo concludens ſe excuſat p̄ceptiuam p̄cepiſſe. ꝑmiſſiuam ꝑmiſiſſe. ⁊ prohibitiuam prohibuiſſe Conſtrue. Nil reor aſſertum. i. confirmatum in iſto opere qd̄ non queat eſſe tenendum. vel ſic. Nil reor eſſe tenendum. qd̄ nō queat eſſe aſſertum. i. confirmatū ꝑ auctores ſeu ꝑ aliquos auctorum.

Doctrinale dei virtute iuuante peregi
Grates reddo tibi genitor deus: et tibi christe
Nate dei deus: atqꝫ tibi deus halitus alme:
Quas tres perſonas in idem credo deitatis.

Quia non eſt opus rectū cuiꝰ deus non eſt finis ⁊ initiuʒ. hinc auctor cognoſcens regratiatur deo patri. deo filio ⁊ deo ſpirituiſancto. A quo incepit. ꝑ quem mediauit. ⁊ in quo opus ſuū debite conſummauit. Conſtrue ſic ergo. Ego ꝑegi. i. expleui doctrinale ſcʒ qd̄ in principio huiꝰ operis dixi me parare ſcribere. virtute dei. i. v̄tute que eſt deus iuuante hoc eſt cauſante. Eſt em̄ deus cauſa omniū bonoꝝ ꝑ ſe. Un̄ o genitor deus ego reddo tibi grates. i. gr̄as. Et o chriſte nate dei deus tibi reddo grates. Atqꝫ ꝓ et o halitus alme. i. ſpūſſancte deus. ego reddo tibi grates. Quas tres ꝑſonas ſcilʒ pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti ego credo in idē deitatis. i. in vnā deitatem diuinitatis. ac ſi diceret. quas tres ꝑſonas ego credo eſſe vnicū deū. licet aliaꝰ ꝑſona ſit patris: ⁊ alia ꝑſona filij. ⁊ alia ꝑſona ſpiritusſancti. Cui quidem ſoli deo tenemur gratiarū actiones reddere. q2 nos deducit ꝑ gratum principium ⁊ aptum medium ad finem feliciſſimum.

Explicitus eſt alexander grammaticus
cum breui et vtili expoſitione. Impreſſus Baſilee Anno
domini Milleſimoquadringenteſimooctuageſimoſexto.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF